



**Modesta responsio Baccalaurij, ad Themata Doctoris Merlini & Magistri Stosselij, & ad Argumenta D. Heshusij & M. Georgij Cunij, in qua Chriſtiana de Sacra Synaxi Doctrina, defenditur, secundum Quatuor Euangelistas, Apostolum Paulum, & genuinam Augstan[a]e Confessionis Interpretationem. : Adiecta sunt: 1 Pia & Christiana Themata D. Petri Boquini. 2 Forma Excommunicationis. 3 Quare illegitima sit Excommunicatio. 4 Collatio Veteris & Noui Papatus. 5 Impia Dogmata Heshusij, de Articulo Trinitatis, & Filio Dei.**

<https://hdl.handle.net/1874/433093>

# MODESTA RESPONSI Baccalaurij, ad Themata Docto-

ris Merlini & Magistri Stosselij, & ad Argumen-  
ta D. Heshusij & M. Georgij Cunij, in qua Chri-  
stiana de Sacra Synaxi Doctrina, defenditur,  
secundum Quatuor Euangelistas, Apo-  
stolum Paulum, & genuinam Au-  
gustanę Confessionis Inter-  
pretationem.

Adiecta sunt:

- 1 Pia & Christiana Themata D. Petri Boquini.
- 2 Forma Excommunicationis.
- 3 Quare illegitima sit Excommunicatio.
- 4 Collatio Veteris & Noui Papatus.
- 5 Impia Dogmata Heshusij, de Articulo Trinitatis, & Filio Dei.

1 Theffal. 5

Omnia probate, quod bonum est tenete.

Excusum extra Basileam,  
per Velsium Candidum.

# MODSATA REBONIA

By  
Theodore Doge  
Author of "The History of the  
French Revolution," "The  
French Republic," "The  
French Empire," &c.  
Editor of "The French  
Revolution," "The  
French Republic," "The  
French Empire," &c.  
and other works.

## APPENDIX

1	THE HISTORY OF THE FRENCH REVOLUTION
2	THE FRENCH REPUBLIC
3	THE FRENCH EMPIRE
4	THE FRENCH EMPIRE
5	THE FRENCH EMPIRE

CONTINUATION OF THE HISTORY OF THE FRENCH REVOLUTION

EXTRACTS FROM THE FRENCH CONSTITUTION

Theophilo & Timotheo Nico-  
demis, &c alijs residuis fautoribus suis.

S. D.

C Vm tot & tam multi, de con-  
trouersia Eucharistiæ, editi sint Libri,  
Viri ornatissimi, mirari vos non dubito,  
quo consilio hunc Tractatum in lucē edere vo-  
luerim: Causas igitur ut benevolē audiatis, eti-  
am atq; etiam rogo. In celebri vestra Acade-  
mia nobilem causam sustinui, quam aurea eius  
sint exordia scitis, quanta maiestate & grauitate  
sit tractata, non ignoratis, quot calumnijs fue-  
rim expositus, probè intellexistis: editæ sunt à  
me Assertioēs quarto Aprilis, eæ alijs Thematis  
et magno insuper Libro sunt impugnatæ. Offi-  
cij igitur mei esse duxi, Argumentis ex Scriptu-  
ra depromptis, & veterum Scriptorum Testi-  
monijs, prædictas Assertiones munire, & Argu-  
menta ab Aduersarijs allata refellere. Nam &  
Athanasius in exilio suo bonā causam tueri nō  
desijt, Cumq; causam diuinā Argumētis & nō  
cōuicij acturas sim, labore meū vobis gratissi-  
mū & vtilissimū futurū, certo mihi persuadeo.

Anno 58. inter me & Aduersarium dis-  
sensio extitit. Cum Magistratui exhiberi debe-  
ret confessio, de Articulo Eucharistiæ, ibi non  
nulli Collegæ Aduersarij Argumentis meis cō-  
uicti, palā dixerunt, me rectius rem intelligere:  
ne tamen Aduersarium offenderent, simul Vo-

ce & Scripto, Manu propria ptestati sunt, meā  
Sententiam meliorem else, & simul Aduersario  
subscripserunt, cum tamen illius Doctrinā im-  
probarent. Hoc non tantum egit Ioachimus  
Agricola, sed etiā Iohannes Flinnerus. Id ideo  
cogor dicere, quia quidā Maleuoli falso mihi af-  
singunt, quod Flinnero adhuc apud vos presen-  
te, non ausus fuerim hanc Doctrinā tueri & cō-  
fiteri. Et hi Protestantes Tilemannū cōtra me,  
& me contra Tilemannum armarunt. Post a-  
bitum Flinneri, Aduersarius meus Panes Eu-  
charistiae per me numerari voluit, deficientibus  
Panibus Eucharistiae numeratis, denuo repeti  
Verba Institutionis, Vinum residuum in cantha-  
rum refundere prohibuit, recitans Verba Insti-  
tutionis, Faciem ad Altare conuertit: Atq; hæc  
sine consilio & consensu Fratrum & Collegarū  
egit, neq; ibi vſitata antea erat. Scitis, etiā antea  
priuatā vnius Personæ cōmunionē in ritu Or-  
dinationis corā cōetu Fidiū, sine cōſilio aliorū  
Ministrorū, ab ipso introductā, hisce supersticio-  
ſis Actionibus cōtradicere, officij mei esse duxi.

Cum propter promotionem, clarissimi &  
Doctissimi Viri Stephani Sylui Pastoris Eccle-  
siae Groninganæ Aduersarius iniurius esset in  
Prudentissimos Academiæ vestræ Senatores,  
adeoq; vt Doctores triobolares superbè illos  
appellaret, honorificè Scholæ vestræ Proceres,  
contra omnes Aduersarij parasitos defendi, dū  
Nicodemos illos vocauī, qui Vvormatiæ pru-

denti & graui consilio suaserunt, audiendas pri-  
mo magis Helueticas Ecclesias, priusquā vt hē-  
reticæ damnarentur. Dixerat enim Aduersari-  
us Helueticas Ecclesias & Papistas nō aliter ha-  
bere Biblia, quā Asinus qui portat sex Biblia in  
dorso, vel sicuti Typographus, qui multa qui-  
dem imprimit Biblia, sed neq; legit neq; intelli-  
git. Propter hanc Academiæ vestræ defen-  
sionem Hæreseos fui insimulatus, adeoq; vt cō-  
tra Collegij consensum & electionem Aduersari-  
us noluerit se absente à me matutinam haberi  
Contionem, quā ipsem et aliâs habere nō appe-  
tiui. Consensu: gitur magnifici Rectoris, Pro-  
decani, & Magistri Aulæ disputationē habui, nō  
gradus potis, mū acquirendi gratia (licet Bac-  
calaureatum scepe mihi obiecerint) sed magis  
Confessionis edendæ causa, vt Confessionē e-  
derem, & Hæreseos maculam abstergerē, & vt  
Academiæ vestræ incorporatus, plus ab ea cō-  
tra Aduersarij Tyrannidē defensionis haberē,  
vt etiam mihi esset exercitium legendi, & tan-  
dem vt, ab Aduersario extrusus, testimoniū ha-  
berem Doctrinæ meæ.

Habita hac Disputatione, coronatus sum cō-  
sensu totius Academiæ, Sigillo Facultatis obsig-  
nata est Disputatio: Præses Disputationis fuit  
D. Petrus Boquintus Vir doctissimus, qui in to-  
to controuersię cursu, Viri prudentis & mo-  
desti Officium præstítit, quantum mihi constat.  
Cum Aduersarius post redditum suum impugna-

ret habitam Disputationē, priuatis Scriptis eam  
declarauit & defendit, & rogaui ut me si alicubi  
errarem, in silentio sine offensione Ecclesię me-  
lius erudiret, id facturū se Aduersarius p̄misit,  
sed nulla promissionis habita ratione, Scriptis  
meis nihil respondit, neq; in Schola Disputati-  
onem cōtra me instituit, licet Scripta diu habu-  
erit. Cumq; Heshusius mihi indicaret, ne quic-  
quā publice legerem, volui eum accusare corā  
Senatu Scholę vestrę. Sed illud ne facerem, ó-  
nibus modis dissuasit mihi magnificus Rector.  
Successit tunc temporis Flinnero Pantaleon, is  
omnes suas Conciones direxit cōtra habitā Dis-  
putationē ( quāvis Disputationi non interfue-  
rat) semper dixit, Christum per me à Fidelibus  
remotum constitui. Huius Concionibus re-  
spondi, Christum nobis non propinquū modo,  
sed Fide quoq; habitare in cordibus Fidelium:  
Verum Impanationē & Suppanationē, phan-  
tasias h̄iuius seculi maximas esse confessus sum.  
Hisce verbis commotus Aduersarius, tanquā  
homo rabiosus, in suggestu furere incipit, con-  
queritur falso, se & suos Parasitos, Inquistas,  
Inquistas & Hæreticos à me appellatos, Doc-  
trinam meā vt pestilentem H̄eresin traducit, &  
toti Ecclesię me suspectum reddit. Cupijt  
cum suis parasitis, vt alteri traderē sponte admi-  
nistrationē Calicis, quia essent aliqui præcipui  
Viri, qui propter meum errorem circa Doctri-  
nam Eucharistiae, à me nollēt sumere Synaxin.

Respondi me id non posse facere, sine consensu Ecclesiæ & Magistratus, qui Calicis administrationem mihi tradidissent rogaui, ut liceret mihi colloqui cum ijs, qui meo nomine nollent accedere Synaxin: dixi quoq; aliquos esse, qui ppter Aduersarij Doctrinā, nollent cōmunicare cū ipso, meq; aliâs non daturam Synaxin ijs, qui sanam de Synaxi Doctrinam vt Hæresin reprehenderent. Aduersarius noluit concedere mihi, ut colloquerer cum præcipuis Viris illis, non aliam prætendens caulam, quia non essem generalis neq; spetialis Superintendens, iniunxit Magistratui ut alij traderet administrationem Calicis, Magistratus ante cognitionem cause illud facere subito noluit: Aduersarius igitur præcepit Collegæ, ut vi mihi eriperet administrationem Calicis corā Ecclesia in publica administratione Synaxeos, & nisi istud Magistratus prohibuisset, à Pantaleone quoq; factum fuisset. Cum Viris illis præcipuis, Mercurio videlicet & M. Heinrico Scriba, Scriptis & corā Testibus agere volui, sed neuter ex illis ita ingenuus fuit, ut mecum ausus fuerit in arenam descendere. Tandem cum Doctrinam meam publicè defendarem, factum est, ut Aduersarius me ex cōmunicauerit solus, non interrogata vel Ecclesia vel alijs Ministris, hinc turbata Ecclesia, & cum pia media, quæ Magistratus tentabat, non haberent locum, vtriq; data est dimissio. Post datam dimissionem magnificus Rector,

qui tune etiam Senator fuit Ecclesiasticus, secū-  
do Die Octobris Anno 59. Testimonium ho-  
nestę & modestę Vite mihi dedit, & publico to-  
tius Vniuersitatis Sigillo habitā Disputationem  
denuo obsignauit. Aduersario vero Testi-  
monium Doctrinę & Vitę denegatum est, &  
Collegae iphius, qui eum contra me inflamma-  
uerant, Testimonium illi dare denegarunt.

Iniquē obijcit mihi Aduersarius, quod ambi-  
tione ductus, eius Decretis oblocutus sim.  
Academia vestrā semper asylum fuit ijs, qui im-  
pijs Papæ Decretis aduerterati sunt, nonne & mi-  
hi dedecus fuisset, si, vt alij, noui Papæ impia  
Dogmata approbassem? Quanta in Adver-  
sario fuerit ambitio, nō ignoratis. Voluit enim  
generalis esse Superintendentis omniū Superin-  
tendentium, in tota Palatina Regione: voluit  
esse Primanus Professor Theologie: voluit esse  
Facultatis Theologicę Decanus: Academię Se-  
nator: Iudex Consistorij Matrimonialis: in sug-  
gestu appetivit locum primariū: in Altari quo-  
q; ambiuit primum locum: In Consistorio non  
modo Iudicis, sed Electoris quoq; Sellam occu-  
pare studuit: omnes ordinandos solus exami-  
nauit, quis maiorem ambitionem vñquā audi-  
vit? Atsingit mihi quoq; Aduersarius, quod  
Caluini errorem in vestrā Ecclesiam inuehere  
voluerim. Attendite quoq; Vvestphalus hacce-  
nus Ecclesiæ Tigurinæ doctrinā de Synaxi Ar-  
gumentis querere non potuit, ideoq; emendi-

tatis suffragijs imperitis fucum facere studuit.  
Quia vero illa non sufficere sibi animaduertit,  
quæ hactenus collegerat, etiā electoralia suffra-  
gia venari voluit, hac in re Heshusius ei opem  
ferre voluit, sed frustra hanc rem tentauit, &  
hinc omnes illæ lachrimæ.

Non ignoratis viri ornatissimi, Tigurinū &  
Caluniam me vocatū ab Aduersario, quia ve-  
ro p̄cipui Scholę vestrę Professores & Ministri  
Ecclesię, Tigurinę Ecclesię Doctrinam iam de-  
fendunt, manifestū est, me quoq; ab illis absolu-  
xi, qui propter solam hanc Doctrinam fui Hæ-  
refeos insimulatus. Vicarius Vicarij Caspa-  
rus Neserus Martyres Christi vocavit, qui in  
Anglia propter Doctrinæ huius confessionem  
cōbusti fuerunt. Ego quoq; ideo Hærefeos fui  
insimulatus, quod doctissimo viro Iohanni  
Peddero hospitium largitus fuerim. Cōtentio  
fuit inter Aduersarios, a quibus nā seductus es-  
sem, alij me à Iusto Vellio Hagano, alij me à  
quadam vetula Margareta, alij me ab Eraſto se-  
ductū clamarunt. Ego me seductum planè ne-  
go, Iohanni Peddero Anglo sanè debeo, quid-  
quid in hoc negotio pie credo.

Vbi vtriq; fuimus dimissi, substitutus mihi  
alius, qui Aduersarij confessionē & quæ damnat,  
atq; ego. Cumq; ab illo viri p̄cipui Synaxin  
sumpserint, eo ipso Hypocritas esse declararūt,  
& sanè recte iudicant, qui illos p̄cipuos turbæ  
authores putant. M. Heinricus Scriba inho-

nestum virum me appellauit, propter Carmina  
Senatui dedicata: verum errat in eo, nā nomen  
meū Carminib: fuit subscriptū. deinde à Flin-  
nero quoq; fuerunt composita. veram Histori-  
am recensui. Si igitur aliam causam præcipuus  
ille vir & Sutor vltra Crepidam non habet, cur  
inhonesti viri officium me functum neget, me-  
rito vir dishonestus interim habebitur.

Solent aliqui vitio mihi vertere, quod aduer-  
sarium meum primo nominarim: His respon-  
deo, quod aduersarius meus me primo digito  
monstrauerit, quod totum meū ministerium  
suspectum reddiderit, & quod Magistratus Apo-  
logiam non absolute prohibuerit, & quod Ad-  
uersarius Scriptis tecum agere priuatim nolue-  
rit, deinde quod & ipse me quoq; nominauerit.

Cum viderem ab ijs quoq; meam doctrinam  
rephendi, à quibus defendi debebat, accessi Se-  
natum Academię, rogavi primo, an Theses me-  
as tunc, quando disputatæ, approbarint vel non  
approbarint? 2. do. an adhuc approbarent, vel  
an sententiam mutarint? 3. tio. an in oblatis Af-  
fertionibus aliquid esset, quod habitæ Disputa-  
tioni & Thesibus approbatis aduersaretur?  
Hæc egi in forma Supplicationis, addidi quoq;  
me rogare, vt pmitterent mihi Prælum, si nihil  
esset in ijs impium, & si quid esset erroris, vt if-  
tud per Theologos mihi significaretur. Magni-  
ficus Rector M. Iohannes Geisselbachius vir  
& pietate & eruditione ornatisimus, nomine

Academiæ benevolè mihi respondit, omnia esse  
exulcerata, & Dños Senatores cōsulere, vt iam  
patientia superarem potius, quā vt vltierius rem  
vrgerem. Cum Assertiones meæ essent  
impressæ & publicè venales, Neferus dixerat,  
Authorem & Typographum & Venditorē de-  
bere Virgis cedi. Coram Senatu Ecclesiastico  
eum accusauit, & iustitiā mihi administrari pe-  
tij, verum tantum abest, vt Senatores pruden-  
tissimi me condemnarint, vt etiam concesserint  
postea Theses meas publicè vendi, & honesto  
viatico me adiuuerint, etiam me inuitarint, &  
Literas commendatitias promiserint, si velim  
proficiisci in Heluetiam.

Non debetis offendī viri ornatissimi, quod  
ab aduersario & ipsius Parasitis crucifixus sim.  
Filius Dei etiā fuit morti destinatus, nemo ta-  
men pius ideo de doctrinæ ipsius veritate dubi-  
tauit, Aduersarij mei non zelo Dei, neq; amo-  
re Veritatis, sed inuidia & odio fuerunt agitati,  
quia nimirum veritatem ijs dixerim, quæ sem-  
per odium parit. Ipsi scitis quā turpiter sint cō-  
fusi. Redeunti Heshusio, publico Carmine sunt  
gratulati, postea ipsum crucifierunt. Præcipu-  
us ex congratulatoribus, vocavit eū Suem va-  
stantem Vineā Domini, cū tamē antea præcipuū  
Cathedræ decus eum appellafset.

Tractatum hunc dedicare vobis uolui, quod  
vos veritatis & amatores & promotores certo  
sciā: necessariā etiā ideo hāc meā respōsionē esse

duxī, quia nōnulli libenter rumorē spargerent,  
me etiam Tigurinę Ecclesię doctrinę aduersari:  
metuūt enim ne ipſorū nidi fiant fetidi, ppter ea  
quod me, qui in acie steterim, & primos iectus  
exceperim, deserere vīsi sint.

Verū cōsolatur me rectitudo cōscientię, & p-  
miū victorię dabit Dñs, qui suis coronā imarces-  
cibilē reseruat. Multi quoq; pij testimoniuū phi-  
bebūt, me ideo Cūalijs In vrbe manere nō potu-  
isse, quia cōtra aduersarios impugnauerī particu-  
lā Sub, & tota posteritas narrabit, quod veri au-  
thores turbę nō sint dimissi. Vnū omittere nō de-  
bni, cū varia aduersarij de me excogitarēt mēda-  
tia: iter cetera istud quoq; unū fuit, quod gladiū  
S. Petri vocauerī *ein Vischer Plotz*. inde me ap-  
pellarūt Plotziū, sed fedū esse mendatiū etiā in-  
de palā est, quod authori illius mēdatij eadē fere  
septimana qua hoc mēdatiū de me sparsit, Auris  
fuerit abſcīsa, unde etiā ioco īterrogat⁹ est: *Ist es  
ein Vischer plotz gewest?* Atq; si totā Historiā p-  
texere deberē, quę iucūda & toti posteritati vii-  
lis esset futura, singulari Libro opus esset. Spero  
autē alios futuros, qui eā fideliter sunt descrip-  
turi. Vestrā dignitatē rogo, vt quę obiter iā atti-  
gi & verē recensui, boni cōſulatis, & ſequentem  
de Synaxi Sacra instructionē, attentē & bene-  
uole legatis, Datae Die Auguſti primo, Bremæ.

Digi itatis vestræ obſeruatis.

Gul. elmus Klebitius Sacre Theolo-  
gię Heydelbergensis Baccalaureus.

## PROPOSITIO PRIMA.

**A**D solidam præsentis Controversię cognitionem, in primis vtile & necessarium est, scire quid sit Edere Carnē Christi: seu quid Sacre Litterę vocent, Manducare Corpus Christi: vel an oporteat verbum Manducandi accipere propriè vel translatitiè, in negotio Eucharistię. Dico igitur translatitiè accipiendum verbum Manducādi. Rationes quibus nitor, illæ sunt:

1 Ex Grammatica pater, quod Manducare dicitur, quasi dentibus premere vel mādere. Sed quia Christi Caro dentibus non manditur, necessario sequitur, translatitiè esse accipiendū verbum Manducandi. 2 In capite Iohā. 6 Omnes Theologi cōcedunt metaphoricè accipi verbum Manducādi. Quia vero tota vetustas verba Institutionis exposuit p cap. 6 Iohā. Concludo etiā in verbis Institutionis metaphoricè usurpari. 3 1 Corinth, 10 Inquit Apostolus, quod Patres eandem Escam Spiritualem manducarint. Quia vero Essentia Carnis Christi tunc nondum extitit, ore corporis corporaliter etiam à Patribus manducari non potuit, ideoq; concludo metaphoricè usurpari verbum Manducandi, ab Apostolo. 4 Augustinus lib. 3 de Doctrina christiana cap. 16 docet, omnem sermonem, qui flagitium præcipere videtur, figuratè intelligendum esse, & addit, exempli causa

cap. Iohan. 6 5 Idem lib. 2 contra aduersarium Legis, inquit: Si propriè intelligeretur, quod dictum est, horribilius esset Carnē Christi manducare quam perimere, & horribilius esset Christi Sanguinē bibere, quā effundere. 6 Idem alibi inquit: Hāc Escam māducare, & hūc Potum bibere est, in Christo manere, & Chri-  
stum manentē in sese habere. 7 Idem inquit: Crede, & māducasti. 8 Idē ait: Edere Christi Carnem, est suauiter acquiescere in Passionibus Christi. 9 Chrlsoftomus super Iohan. Hom. 46 ait: Quid est carnaliter sapere? simpliciter, ut dicuntur, verba intelligere. 10 Clemens Alexandrinus Lib. 2 Pœdag. cap. 2 Hoc est bibere Sanguinem Iesu, participem esse incorruptionis Domini. 11 Origenes in 10 cap. Leuitici Hom. 7 Si secundum literam sequaris id quod dictum est: Nisi manducaueritis. &c. occidet te hēc littera. 12 Bernardus in Psal. Sermone 3 Quid est manducare Carnē Christi, nisi participare Passionibus eius? 13 Cyprianus i Sermone de Cœna: Eſus Carnis Christi est perpetuum desideriū manendi in Christo. 14 Bonaventura Lib. 4 dist. 9 Si volumus accipere rectam illam Manducationem Spirituālē, necesse habemus à propria significatione vocabuli nos transferre. 15 Lutherus Edere in cap. Iohan. 6 exponit pro credere. 16 Lu-  
therus Edere in 1 ad Corint. 10 cap. exponit p. credere. 17 Eodem modo verbum Mandu-

candi exposuit Zuinglius. 18 Eodem modo  
interpretatus est pius Oecolampadius. 19 Ea-  
dem ratione explanat Vvolfgangus Musculus.  
20 Huic expositioni nō aduersatur Ioachimus  
Vrestphalus. 21 Sic interpretatur Petrus Mar-  
tyr & Heinricus Bullingerus. 22 Et quod  
magis est, Lucas Lossius in Catechesi sua īquit,  
Edere Corpus Christi, etiam in Synaxi, idem  
esse quod credere. 23 Philippus Melanch-  
thon cum predictis eodem modo explicat. 24  
Adamus Christianus Esum Carnis Christi, ap-  
pellat profundam recordationem Mortis Dñi.  
25 Ex predictis apparet, quod Edere Carnem  
Christi, nihil aliud sit, quam beneficia mediato-  
ris, totum Passionis meritū, atq; adeo ipsam vi-  
uificā virtutē Carnis Christi vera fide apprehen-  
dere. 26 Caluinus quoq; nō plus intelligit p  
verbum Manducandi q̄ Veteres, & Veteres nō  
minus quam Caluinus.

2 Quando scimus, quid sit Manducare Carnē  
Christi, etiam scimus, quid sit Manducatio Car-  
nis Christi, & qualis illa sit, videlicet, Spiritualis  
tantum. Errare igitur Aduersarios dico, quan-  
do docēt, ore corporis corporaliter sine fide mā-  
ducari Corpus Christi ab Impijs. Hoc vt in-  
telligat Pij, sequētibus Argumētis demōstrabo.  
1 Elus Carnis Christi in cap. Iohā. 6 & Man-  
ducatio Corporis Christi in verbis Institutiois,  
& Cōmunio Corporis Christi in 1 Corinth. 10

equipollentia sunt. Sed esus Carnis Christi in  
cap. 6 Iohā. est appræhensio beneficiorū Chri-  
sti per fidem. Ergo Manducatio Corporis Chri-  
sti in verbis Institutionis, etiā est apphensio Be-  
neficiorū Christi, eiusq; mériti per fidem. Ma-  
ior inde patet, quod Veteres semper coniunxe-  
rint in explicatione Synaxeos, 26 cap. Math.  
6 cap. Iohan. & 1 Corinth. 10 & 11 cap. 2  
Christus corporali Mādicationi Carnis suę, op-  
posuit articulum Ascensionis suę. Iohannis 6.

3 Christus cap. 6 Iohā. docet Carnē suam ha-  
ratione comœsam nihil pdesse, & Spiritum esse  
qui viuificet. 4 Hæc Manducatio corporalis  
nihil differt à Manducațione Capernaïtica, quā  
rephendit Christus, cap. 6 Iohan. 5 Athana-  
sius inquit Christum ideo Ascensionis suę me-  
minisse, vt Discipulos suos auelleret à corpora-  
lis Manducaționis cogitatione. 6 Chrisostomus  
inquit, Discipulos Christi illis verbis: Ho-  
est Corpus meum, ideo non offensos fuisse, quia  
videlicet in cap. Iohā. 6 sufficenter docti erāt,  
de Manducațione Carnis Christi. 7 Ambro-  
sius lib. 6 de Sacramentis cap. 1 inquit: Sicuti  
Panis corporis est cibus, ita corpore editur: Sie  
Corpus Christi Spiritus est cibus, & Spiritu e-  
ditur. 8 Origenes monet, Christum velle, vt  
non tanq; carnales, sed tanq; Spirituales hęc ex-  
aminemus. 9 Chrisostomus docet in Iohan.  
Hom. 46 omnia Mysteria interioribus oculis,  
id est fide, esse cōsiderāda. 10 Canō Nicenus

iubet, ut Fide mente exaltemus. 11 Eusebius  
Emissenus iubet, nos Christi Corpus mente co-  
tingere, cordis manus suscipere, & Fide respice-  
re. 12 Cyprianus de Synaxi: Hæc quoties a-  
gimus, non Dentes ad mordendū acuimus, sed  
Fide sincera Panem frangimus. 13 Augusti-  
nus prohibet, Dentem & Ventrem preparare.

14 Idem ait: Qui Manducat intus non foris:  
qui Manducat corde, non qui premit Dente.

15 Idem Psal.98. Oportet visibiliter hęc ce-  
lebrari, sed inuisibiliter intelligi. 16 Christus  
Iohā.3 Nicodemum abstraxit ab externae Rege-  
nerationis cogitatione. 17 Christus Iohan, 4  
auulsit Mulierem Samaritanam à crassa cogita-  
tione, ad spiritualem. 18 Quidquid editur à  
nobis ore corporis, corporaliter, non diu hæret  
in nobis, testimonio Christi Math.16 Commu-  
nio Corporis Christi in Pijs est perpetua: Ergo  
communio Corporis Christi nō fit ore corpo-  
ris corporaliter: Quidquid enim ingreditur in  
os, in Alium abit, & per secessum ejicitur, 19  
Leo Epistola ad Clerum, scribit, hanc distri-  
butionem mysticam esse Spiritualem alimoniam,  
& cœlestem virtutem nos hic accipere, ut tran-  
seamus in carnem Christi, qui pro nobis carnem  
nostram accepit. 20 Ea Manducatio, quę certa  
est & extra controuersiam, & quę hominem ef-  
ficit meliorē, vrgeri debet: Sed Spiritualis Má-  
ducatio est extra controuersiā, & hominē meli-  
orem facit: Ergo salutaris est, & vrgeri debet.

21 Spiritualiter Carnem Christi Edere, non  
est imaginariè Carnem Christi Manducare, sed  
vere Christi Carnem Edere, & qui Spiritualiter  
Christi carnem Edit, ille Vitam Æternam ex  
carne Christi haurit, & in æternum perire ne-  
quit. 22 Sola Manducatio Spiritualis carnis  
Christi, Animæ sitim sedat & viuificat nos sola,  
& Patres, qui Spiritualiter carné Christi man-  
ducarunt verè sunt satiati: Et sicuti Patres, sine  
capernaitica carnis Christi manducatione fal-  
uati sunt, ita nos quoq; sine corporali Corporis  
Christi mādicatione, seruari poterimus: & quā  
do nos carné Christi, vt Patres ederunt, man-  
ducauerimus, fame non peribimus. Pono eo  
tempore, quo Christus est crucifixus, duos ste-  
tisse sub cruce: Alter cogitauit ibi impleri om-  
nes Prophetias, pro peccatis suis satisfieri, Deū  
offensum recōciliari, & cogitat cū gemitu, quod  
Christum peccatis suis cruci affixerit, agit Chri-  
sto gratias pro immenso erga genus humanū a-  
more, & fide sibi totum Passionis meritum ap-  
plicat: Alter quoq;, eodē tempore sub cruce stē-  
tit, sed tale quippiam nihil meditatus est, tantū  
externo ore hausit corporaliter Sanguinē Chri-  
sti. Quaero nunc ex Aduersarijs, vter ex his  
duobus melius Sanguinē Christi biberit? 23  
Apostolus Carnem Christi 1 Corint.10 vocat  
Eūcam spiritualem: quare igitur Manducationē  
Carnis Christi nō vocabimus spiritualem? 24  
Caro Christi cibus est non naturalis, sed spiri-

tualis vitæ: quare igitur Manducationem Carnis Christi non spiritualem vocabimus? 25

Modus Manducandi Corporis Christi spiritu-alis est, & Epitheton Spiritualis, significat spiritualem Manducandi modum: Ergo aptè Manducatio Carnis Christi vocatur spiritualis. 26

Quare Manducationē Carnis Christi vocatis Corporalem? quare noua phrasī vocatis Essentialiæ? quare ambigua voce appellatis Sacra-mentalem? quo Scripturæ testimonio nitimini? quid propriæ significat Epitheton corporalis? nonne corporalem Manducandi modum? dif-fert ne corporalis Manducandi modus, à Phy-sico Manducandi modo? est ne inter Physicum Manducandi modum & Capernaiticum aliquid differentiæ? vbi inuenietis Epitheton Corpo-ralis? vbi inuenietis Epitheton Essentialis? vbi Sacramentalis? nōne in Fornace? nonne Fumus deleuit? 3

Obseruandum etiam est, quomodo declari deberat Fidelibus, modus Manducationis Carnis Christi, id hoc pacto utiliter fieri potest.

1 Sicuti externa circūcisio fuit subiecta sen-sibus, potuit enim videri & sentiri: & sicuti inter-nam circumcisione cordis, renati non nisi mente fideli sunt experti: Ita Manducatio Pa-nis est sensibus subiecta, potest enim gustari & palpari: Manducationem vero carnis Christi ratio non intelligit, sed mens fidelis renati expe-ritur. 2 In Baptismate externa aspersio Aque,

externè sentitur: qui tingitur, videt & tangit. Ex-  
lementum Aquæ: Internâ vero Regeneratione,  
quæ fit per Spiritu Sanctum, non nisi anima ex-  
peritur hominis fidelis. 3 Alijs quoq; simili-  
tudinibus aptissimè modus Manducationis il-  
lustrari poterit, videlicet: 1 Sicuti rami à radi-  
ce Arboris hauriunt nutrimentum. 2 Sicuti  
palmites è Vite trahunt succum. 3 Sicuti om-  
nes creaturæ à corpore Solis sumunt vitalē ca-  
lorem. 4 Sicuti membra in corpore humano  
à capite sumunt vim mouendi, ita fideles è car-  
ne pro nobis crucifixæ, Vitam Æternā hauriunt  
& viuificant vim, qua ipsi viuificantur. 5

Quando igitur quæritur ab Aduersarijs: Si  
Corpus Christi simul nō est, nisi in vno cœli lo-  
co, quomodo omnes Fideles in omnibus Terra-  
locis, vnico Christi Corpore pasci queunt?  
Respondeo 1 Quomodo omnes Creaturæ,  
in omnibus vniuersi Orbis locis, vitalem calo-  
rem ex vnico Solis corpore haurire possunt?  
cum Solis corpus simul & semel non sit, nisi in  
vnico cœli loco & Orbe. 2 Quomodo una  
candela, quæ stat non nisi in una Mensæ parte,  
toti Domui, & singulis in Domo degentibus Lu-  
men suppeditatur? 3 Quomodo Odor ab ip-  
sis Floribus procul per Aerem dispergitur?  
4 Quomodo calor Ignis procul extra Focū,  
omnibus in Hypocausto degentibus, commu-  
nicatur? 5 Quomodo virtus Magnetis ad eū  
vñsq; locum extenditur, ex quo Ferrum attrahi-

tur? 6. Quomodo Infantes in Baptismate,  
Sanguine Christi abstergi credimus à Peccatis,  
cum tamen substantiam Sanguinis Christi in  
Baptismo esse nō doceamus? 7. Nunquid mi-  
nus est Sanguine Christi à peccatis ablui, quam  
Sanguine Christi potari? 8. Quomodo Pau-  
lus absens corpore, p̄sens fuit Corinthijs spiritu?

9. An non memores hic estis Diuinæ Omni-  
potentiae? 10. An non memores hic estis illi-  
us, quod in nobis falso desideratis, in rebus Fi-  
dei valedicendum esse rationi?

At dicitis: in Mysterijs non est agendum Si-  
militudinibus? Q[uare] igitur vos agitis Si-  
militudinibus in hoc Mysterio? De Ferro igni-  
to: de Imagine hominis in Speculo: de voce ho-  
minis in Contione: de Arbore magna in grano:  
de Vino in cantharo: de cæra liquefacta. An  
non Christus vocatur Sol Iustitie? annon Chri-  
stum Stellam Matutinam canitis? Nonne Vete-  
res Mysterium Trinitatis explicarunt per simi-  
litudinem Solis? Nonne vos vtimini similitu-  
dine Solis in Articulo Incarnationis?

Pomeranus in Psalmo 110. eodē modo do-  
cet, vt ego: quia inquit, Christi Corpus in cœ-  
lum receptum: sed Maiestate & efficacia Fidel-  
bus adesse. hæc ait, cū Versum illum explicat:  
Dedit Escam timentibus se.

Reliquæ Similitudines à me allatae, sumptu-  
sunt ex Scripturis & Veteribus, quid igitur ha-  
bent quod desiderent Aduersarij? Apostolus

præterea utitur dulcissima similitudine de Olea,  
cui nos, qui eramus Oleastri, insiti sumus.

Videat igitur Aduersarij, quid doceant, quando plane ineffabilem dicunt modum Manducationis Carnis Christi: Etenim 1. Cyrillus lib. 4. cap. 13. supra Iohan. inquit: Probum auditorem Venatrices Canes imitari: & Fatuis facillima quæq; obscura videri. 2. Idem distinguit aperte inter Quomodo Iudaicū, & Quomodo Fidelium. 3. Esaiæ 7. dicitur: Si non credideritis, non intelligetis: Ergo illi qui sunt fideles, negotium hoc Fide percipiunt. Vnus quoq; ex Aduersarij Collegis publicè docuit, Quæstionem Mariæ: Quomodo hoc erit, &c. non ortam esse ex incredulitate. Hec M. Conradus. 4. Idem quoq; Quæstionē sic sc̄epe formauit: Wie wirdt uns der Leib Christi geben? & respōdit: mit dem Broth: Wie wirt uns das Blut Christi geben? et respondit: mit dem Wein. 5. Si modus Præsentiae & Manducationis Carnis Christi, est planè ineffabilis, quare dicitis Realiter, Substantialiter, & Definitiue, Corpus Christi esse in Pane? quare dicitis, Ore corporis corporaliter à nobis manducari Christi Carnem? nonne modum exprimitis? 6. Aduersarius meus scribit, Carnem Christi à nobis corporaliter, sed nō corporali modo edi, annon hæc sunt pugnantia? 7. Alius scribit, modū Manducationis esse corporalem: annon hæc pugnat? 8. Ut dicā quod res est: Corporaliter Edere,

est corporali modo Edere, & corporali modo  
Edere, est Physicē Edere, & Physicē Edere, est  
capernaiticē Edere, nisi nouam Grammaticam  
excogitarint Aduersarij. Talem Manducatio-  
nis modum, non modo ratio, sed ipsa Fidei na-  
tura auersatur. 9. Augustinus in Sermone ad  
Neophitos, Quæstionem Quomodo tractat,  
quærit enim: Quomodo calix est Sanguis eius:  
Quomodo Panis est corpus eius? et soluit:  
Quia aliud videtur, & aliud intelligitur.

Et sicuti modus Manducationis, ita quoque  
modus Præsentię carnis Christi, & vñionis Pa-  
nis & corporis Christi explicari debet.

Non tamen inde aliquis cōcludet, me omnia  
velle definire, & nihil velle ignorare. absit illud  
longè à me, quæ reuelata sunt, inquiero, & credo:  
ignauiam esse dico, velle abscondita dicere ea,  
quæ sunt in Literis Sacris reuelata.

Modum Manducationis fateor etiam, ex par-  
te esse ineffabilem: Nam sicuti Acie mentis hu-  
manæ attingere nequeo: Quomodo calor et Ig-  
nis Solis ad nos deorsum veniant: cū omnis Ig-  
nis sursum tendat: ita quoq; vicissim scire non  
possum, quomodo arcana Spiritus Sancti ope-  
ratione, ex carne Christi in cœli manente, vi-  
uifica vis, ad omnes Fideles, in omnibus Terrę  
locis, deueniat.

4

Vt ea, quæ iam docui sint solidiora, ordine  
respondebo ad quædam Argumenta, quibus

Aduersarij conantur demonstrare, ore corporis corporaliter à Fidelibus & Infidelibus manducari Christi carnem.

1. Heshusij.

Ea Manducatio, quæ est Spiritualissima, non est capernaitica. Manducatio Corporis Christi, quæ fit ore corporis corporaliter ab Impijs, est Spiritualissima: Ergo illa Manducatio non est capernaitica. Resp.

Nego minorem. Si est Spiritualissima, quomodo corporalis est? Si Spiritualissima est, quomodo ore corporis editur Caro Christi ab Impijs carnalissimam esse citius crediderim.

2. Heshusij.

Capernaitæ somniarunt Manducationē Carnis Christi in frusta dissectæ: Nos docemus, integrum & viuū Christi Corpus à nobis manducari corporaliter: Oraliter ergo non sumus Capernaitæ. Resp.

Estis igitur crudeliores Capernaitis. Nam immanius est, integrum & viuū hominis corpus deuorare corporaliter ore corporis, quam enecati corporis partes comedere. Jonas etiam fuit integer & nō cōmansus, deglutiitus à ceto: nunquid ideo nō dicetur crassè deuoratus à ceto?

3. Cunij.

Quicunq; in Synaxi negat, corporaliter ore corporis, & oraliter comedi Christi Corpus, illi tantum dimidium & non integrū habent Christum. Ergo grauiter errant. Resp.

Nego antecedens. Patres nō hauserunt ore corporis corporaliter Sanguinem Christi; ergo ne dices Patres dimidium habuisse Christum? Infantes baptisati non manducant corporaliter ore corporis, Corpus Christi: habebunt igitur Infantes tantum dimidium & nō integrū Christum?

4. Greyneri.

Quicūq; sunt Os ex Ossibus Christi, illi corporaliter Manducant Carnem Christi : Fideles sunt Os ex Ossibus, & caro de Carne Christi: Ergo Fideles ore corporis corporaliter Manducant Carnem Christi.

Resp.

Nego maiorem. Patres nō ederunt ore corporis corporaliter carnem Christi, nūquid igitur dicetis, Patres non fuisse Os ex Ossibus, & carnem de Carne Christi? Infantes nō edunt corporaliter Corpus Christi, ergo Infantes non erunt caro de Carne Christi?

5. Cunij.

Totus Christus habitat in Fidelibus : Ergo Fideles ore corporis corporaliter, edunt Carnē Christi.

Respon.

Nego consequentiā. Nam nō omne id, quod tribuitur toti Personæ in cōcreto, tribuendū est vtriq; Naturæ in abstracto. 1. Ignorantia Extremi Diei tribuitur toti Personæ in concreto, nō tamē in abstracto vtriq; Naturæ ignorantia hæc tribuenda est. 2. Cum dico, Petrus est sepultus Romæ, de tota persona Petri dicitur, nemo tamen hinc concludet, Animam S. Petri esse

sepultam Romæ. 3. Cum dico: Petrus est in  
cœlo, de tota persona dicitur: nemo tamen inde  
concluget, corpus Petri esse in cœlo. 4.

Cū dico: Christus est passus, de tota persona di-  
citur in cōcreto: nemo tamē hinc concluget, eti-  
am Diuinitatē passam esse. 5. Cum dico: La-  
zarus est in Sinu Abrahami: Diues est in Infer-  
no, de Anima istud intelligitur. 6. Ita cū di-  
co: Christus Fide habitat in Fidelibus, de tota  
persona dicitur: nemo tamen inde concluget,  
Substantiam Carnis Christi esse in Fidelibus,

7. Patres non manducarunt Christi corpus  
corporaliter: Infantes quoq; non manducarūt  
corpus Christi corporaliter: Ergo Infantes tan-  
tum dimidiū habebunt Christum? Ergo in Pa-  
tribus non totus habitauit Christus?

6. Heshusij,

Nerui præcipuæ consolationis in Ecclesia de  
Præsentia Christi, non sunt incidendi: Ergo  
corporaliter in Synaxi māducatur corpus Chri-  
sti. Respon.

Nego consequentiam. 1. Nam idē Chri-  
stus, qui docuit, se præsentem adesse suæ Eccle-  
siæ, dixit quoq; Pauperes semper habebitis vo-  
biscum: Me non semper habebitis vobiscum.

2. Idem dixit: Expedit vobis vt vadam ad  
Patrem. 3. In cantilena vſitata quomodo car-  
nitis: Er ist bey uns wol vff den plan, mit seynen  
Geist vnd Gaben. 4. Item in alia: Gen Himmel  
zu dem Vater mein, fbar ich von dieser Erden.

5. Annon præsentia Spiritus Fidelibus summa consolatio est? 6. Nunquid præsentia Divinitatis nihil est? 7. Nunquid nihil est, quod Deus tot donis suam Ecclesiam perfundit? 8. Nunquid nihil, quod doceam, Carnem Christi sua Maiestate & efficacia, nobis præsentē esse?

9. Nūquid nihil est, quod Christus apud Patrem pro nobis intercedit gemitibus inenarrabilibus. 10 Nonne ineffabilis bonitatis res est, quod Virtutem viuificā ex Christi Carne hauriamus? 11. Nonne in hisce veri consolacionum thesauri consistunt? 12. Nonne hæ cōsolationes contra omnes Inferni portas p̄eualetere poterunt? 13. Nihil est quod tota Trinitas mansionem suam apud Fideles faciat? 14. Patres non ederunt corporaliter carnē Christi, defuit ne Patribus cōsolatio in tētationibus?

### 7. Cunij.

Caro Fidelium non erit expers salutis: Ergo Corpus Christi editur corporaliter ore corporis,

Respon.

Nego consequentiam. Patres non ederunt corporaliter carnem Christi: Ergo Patres nō toti saluabuntur, sed tantum quo ad animam. Semper dixi, Christum non tantum in anima, sed in omnibus sanctissimi corporis sui membris grauissimos cruciatus sustinuisse. Ideoque non tantum Animam, sed quoq; carnem nostrā Esu carnis Christi viuificari & sanctificari docui. Id voluit Tertullianus, quādo dixit, carnē

nostram vngi Christi Corpore, & ideo Irenæus  
ex Eucharistia probauit Resurrectionē Carnis  
nostræ. 8. Tilemanni

Spiritualis Manducatio fit etiā in Baptismate,  
& prædicatione Euangeli: Ergo, si in Synaxi  
tantum Spiritualiter manducatur Christi Caro,  
frustra instituta est Synaxis. Resp.

Nego consequentiam: Nam in Synaxi Chri-  
stus adiecit Symbola, per quæ extrinsecus signi-  
ficantius nos admonet de energia Carnis &  
Sanguinis sui. Aptissima enim Symbola adhi-  
buit: Sicuti enim Panis naturalis Vitæ præci-  
puus est Cibus: & sicuti Vinum naturalis Vitæ  
præciputus est Potus: Ita Caro Christi Vitæ cœ-  
lestis vere Cibus est, & Sanguis Christi Vitæ spi-  
ritualis verè Potus est. Deinde nō dubium est,  
quin in Synaxi efficacius et plenius Christi car-  
ne & Sanguine fruamur, quā in nuda prædicatio  
ne Euangeli: Ideo .n. singulariter Christus ad-  
iecit Mysterio Cœne, promissionem de cōmu-  
nione corporis & Sanguinis sui, vt nos admo-  
neret ibi quodammodo continuari communio-  
nē illā Carnis & Sanguinis sui. Ponderauit sine  
dubio Filius Dei, quanta Animæ nostræ sitis &  
fames esset: ideoq; non modo in prædicatione  
Euangeli: & Mysterio Baptismi, sed in Myste-  
rio Synaxeos quoq;, Pabulū & Potū animę no-  
strę ordinare voluit. Naturalis vita crebrū pot⁹  
& cibi vsu requirit: multo magis Vita spiritua-  
lis, opus habet crebro vsu Spiritualis Cibi, &

**Cœlestis Potus.** Spiritus sanctus eandem Doc-  
trinam sœpius repetiuit quandoq; quis autem  
dicere audebit, frustraneam illam esse repetitio-  
nem? Nonne nostram considerauit Filius  
Dei infirmitatē? nonne Diaboli furorem erga  
Genus humanum, diligenter perpendit? Ho-  
mo sanæ valetudinis, quando cibum gratu pa-  
latui semel degustauit, sœpius illum desiderat:  
Sic Homo renatus, qui in prædicatione Euange-  
lij, Christi Carnem semel degustauit, tantum ab  
est, vt nausea laboret, imo vt eo magis appetat,  
& non cesset priusquam sitim An: næ sedauerit,  
& quo magis degustauit, eo magis degustare ap-  
petit: atq; hæc summa est Fidelium voluptas.

Iniurij igitur sunt in me, qui Sacram Synaxin  
frustra institutā clamant, nisi Manducatione Ca-  
pernaitica eam polluamus. Imo ex partis aduer-  
tæ Doctrina facilius concludam, ab Aduersarijs  
eneruari mysterium Synaxeos. Nam si Cor-  
pus Christi, vt ipsi docent, ubique est, necessario  
sequetur, Corpus Christi esse in quouis Pane,  
quem Domi edimus, quid igitur opus erat Sy-  
naxin institui? Si considerentur circum-  
stantiæ, quæ sacræ Synaxi coniunctæ sunt, Ho-  
mo pius facile intelliget, quantum in illa sit uti-  
litatis & lucri.

### 9. Græyneri

Cyrillus docet, Christum habitare corporali-  
ter in Fidelib: naturali communicatione Carnis  
sue: Ergo corporaliter habitat in nobis Christus,

Respon.

1. Cyrillo oppono Cyrillū, qui lib. 6, in Ioh. cap. 14. inquit: Christus hinc Corporis sui præsentiam subduxit. 2. Cyrillo oppono Athanasium, qui ait: Oportere Carnem Christi Spiritu aliter nobis distribui, ut sit nobis conseruatoriū salutis in Vitam Eternam. 3. Cyrillo oppone S. Bernardum de S. Martino sic loquentem: Spiritualiter, non carnaliter nobis exhibetur Christi Caro.

10. Heshusij.

Augustinus, Ambrosius, & Chrysostomus scribunt, Ore corporis manducari Christi Corpus: Ergo corporaliter manducatur Corpus Christi.

Respon.

1. Augustino oppono Augustinum, qui alibi prohibet præparare Dentes & Ventrem. 2. Augustinum expotio per Augustinum, quia inquit, Signum habere nomen rei signatæ. 3. Ambrosio oppono Ambrosium, libr. 6. de Sacra. cap. 1. Sicuti Corpus Christi, Spiritus est cibus, ita spiritu editur. 4. Ambrosium expono per Ambrosium. lib. 4. ca. 4. de Sacra. In Eucharistia similitudinē Sanguinis sumpsisti. 5. Chrysostomo oppono Chrysostomum, quando Verba Institutionis exponenda docet p cap. Iohā. 6. Chrysostomus in hac controuerſia, multis vsus est Hyperbolis: docet enim ali cubi, nos Dentes figere in Corpus Christi.

11. Cunij.

Vino non ob-signatur Nouū Fœdus, sed San-  
guine Christi: Ergo id quod est i calice, est Sá-  
guis Christi, & per consequens bibitur ore cor-  
poris.

Respon.

Nego consequentiā, & vt appareat, mala cō-  
nexio, cogitandū est 1. Vocē græcā diathiki,  
dexterius transferri Fœdus, quā Testamentū,

2. Ipsum Fœdus & Sanguinē Christi esse res  
distinctas. 3. Synaxi & Fœdus etiā esse res  
distinctas. Sicuti Fœdus & circūcisio res fue-  
runt diuersę. 4 Substantiam Foederis esse ip-  
sam Promissionem Dei: Ero Deus tuus, & Ge-  
minis tui. 5. Fœdus Nouum nō primo cepisse  
in Institutione Synaxeos, sed tempore prius fu-  
isse ipsa Synaxi. 6. Fœdus Sanguine Christi  
nō nisi semel confirmatum esse, 7. Illam con-  
firmationem Noui Fœderis, per Sanguinem  
Christi, factam in cruce, & non in Synaxi.

8. Quando in Synaxi bibimus Sanguinem  
Christi, non ideo bibimus, vt Fœdus Nouum  
confirmemus (quia semel satis confirmatum  
est) sed vt nos certificemus, quod sumus in Fœ-  
dere, quia bibimus illum Sanguinem, quo con-  
firmatum est fœdus. 9. Eadem ratione  
qua circumcisio Fœdus appellata est, etiam  
Synaxis Nouum Fœdus dici potest.

His consideratis, facile depræhenditur vi-  
tium consequentię.

1. Calix vocatur Nouum Fœdus: q'ia  
Signum est Noui Foederis.

2. Vinum vocatur **Sanguis**: quia signum est  
**Sanguinis Christi**. 3. Sanguinem Christi, in  
cœlo existentem bibimus Fide: Vinum quod  
est in calice, bibimus ore corporis.

12. Cunij.

In Nouo Fœdere Veritas est coniuncta Sig-  
nis. Ergo Corpus Christi editur corporaliter.

Respon.

Nego consequentiam. Quia perceptio Cor-  
poris Christi, quæ Fide fit, etiam requirit coniunc-  
tam signis rei veritatem.

13. Heshusij.

In Synaxi talis Mâducatio Carnis Christi sta-  
tui debet, quæ Fidem obsignet & t alat: Sed so-  
la corporalis Manducatio Fidem alit & obsig-  
nat: Ergo in Synaxi corporalis Manducatio  
Carnis Christi statui debet. Respon.

Nego minorem: Quia Capernaitica eius-  
modi Manducatio Fidem destruit. Falsum  
quoq; est, Spirituali Manducatione Fidē nostrā  
non ali &c augeri, Sicut enim Os corporis fru-  
itur, cibo in Ventriculo digesto, ita Fides quoq;  
confirmatur magis, quo magis meritum Passio-  
nis sibi applicat Anima fidelis.

14. Heshusij.

Res eadem seipsum non obsignat. Spiritua-  
lis Manducatio Carnis Christi, nihil aliud est,  
quam Fides: Et Fides idem est, quod Spiritua-  
lis Manducatio: Ergo Fides nō obsignatur spi-  
rituali Manducatione Carnis Christi. Resp.

Nego minorem. 1. Fides enim hic se habet instar oris: Caro Christi instar cibi: Manducatio vero est ipsa actio: qua cibus per fidem, ve luti per os apprehenditur: aliud certe est os, aliud est cibus, & aliud est ipsa actio sumendi cibū.

2. Fide Christus habitat in cordibus nostris, aliud certe est fides, aliud est ipsa inhabitatio, & aliud est Christus, qui inhabitat: fides est mediū per quod Christus habitat in cordibus fideliū.

3. Homo externus ore corporis tanq; per medium sumit cibum, nemo dicet ipsum os esse ipsum cibum, nec e cōtra: Nemo negabit actionē sumend cibum, esse aliquid distincti ab ipso ore & cibo. 4. Homo internus ore animæ, id est, fide manducat Christi carnē: nemo dicet, Corpus Christi esse fidem, & fidem esse Christi corpus. Nemo negabit ipsam Manducationem esse aliquid distincti ab vtroque. 5. Annon aliud est instrumentum, & aliud est Actio, quæ fit per instrumentum. 6. Cū dico: manu accipio pecuniam, quisq; intelligit, pecuniam non esse manum, & manum non esse ipsam actionē, quæ fit per manum. 7. Fide accipio remissiōnem peccati, certe fides non est ipsa peccati remissio, & e contra, remissio non est ipsa fides.

15. Eiusdem.

Si Edere carnē Christi, & credere sunt Synonima, etiam Fides & Māducatio carnis Christi erunt Synonima: Sed Edere Christi carnem & credere, sunt Synonima. Ergo Fides & Mā-

ducatio carnis Christi sunt Synonima.

Respon.

Concedo minorem, secundum definitionem supra positam: Manducare Christi carnem, est fide apprehendere meritum Passionis. Sic Manducatio Carnis Christi est apprehensio meriti Passionis, quæ fit per fidem.

16. Heshusij.

Caro & Sanguis Christi sunt coelestia pignora salutis nostræ, Ergo corporaliter editur caro Christi.

Respon.

Nego consequentiam: Nam Patribus etiam fuerunt coelestia pignora salutis Caro & Sanguis Christi, & tamen non est corporaliter caro Christi comoeda Patribus.

17. Eiusdem.

Inter Sacraenta Veteris & Noui Testamenti discrimen debet statui: Sed Veteres ederunt carnem Christi spiritualiter: Ergo nos edimus carnem Christi corporaliter.

Respon.

Nego consequentiam. Quia discrimen istud non est in re signata, sed in signis: Paria ( inquit Augustinus ) sunt in re, diuersa in signis. Et modus Manducationis idem est.

18. Eiusdem.

Inter Spiritualem Veteris & Apostolicæ Ecclesiæ Manducationem nihil est differentiæ. Ergo nulli in Ecclesia Apostolica manifestiore cognitionem Regni Christi habuerunt, quæ Veteres, nec vlli Veteres obscuriorem habuerunt

notitiā Christi, quā fideles Apostolicę Ecclesiæ.

In Ecclesia veteri, quidam Fideles fidei robore superarunt quosdam in Apostolica Ecclesia, & quidam in Apostolica Ecclesia, fidei fortitudine superarunt quosdam in veteri Ecclesia.

Sic aliqui in veteri Ecclesia illustriorē habuerunt cognitionem Christi, quā nōnulli in Apostolica Ecclesia, & quidam in Apostolica Ecclesia superarunt Veteres in manifestiore cognitione Regni Christi. Sed idem Christus est singularis, siue parua siue magna fide p̄diti simus.

19. Ejusdem.

Vox koinonias nō est ambigua: Ergo extra controversiam est, quod in loco Apostoli significet actiue distributionem corporis. Resp.

Nego antecedens. Quia varie translata est dictio illa ab Interptibus: Alij vertunt, Cōmunicatio, alijs Participatio, alijs communio, alijs Societas, alijs Ecclesia. Quod autem in loco Pauli passiue capiatur pro participatione, v̄su & iure rei, sic probbo. 1. Quia Paulus ipse postea explicat per verbum metechomen, metoche capitur passiue. 2. Lutherus translulit *Gemeinschafft*, dictio *Gemeinschafft* passiue sumitur. 3: Et magis correspondet voci Cōmunionis, quā Communicationis. 4. Si actiue exponenda dictio, oporteret transluisse *austeylung*.

20. Heshusij.

Sicuti Israhelitę participes facti Altaris, ita fideles participes fiunt corporis Christi: Sed

Israhelitę ita sunt participes facti Altaris, ut mā-  
ducarint de oblatis Sacrificijs. Ergo Christiani  
edētes Panem Eucharistiæ, participes fiunt etiā  
Corporis Christi. Respon.

Concedo totum Argumentum: Nam Israe-  
litæ veri, v erè fiunt participes Corporis Christi,  
quandoquidem dignè edunt de Pane Euchari-  
stiæ. 21. Heshusij,

Populum Noui Fœderis oportet habere præ-  
rogatiuam, præ populo Veteris Fœderis. Ergo  
populus Noui Fœderis edit corporaliter Christi  
Carnem. Respon.

Nego consequentiam. Nam illa prærogatiua  
non consistit in Manducationis diuerso modo:  
Quia Apostol⁹ henadem hic cōstituit. 1. Cor. 10

5.

Cum Aduersarij Doctrinæ suæ tanquam fun-  
damentum habeant Dogma Vbiquitatis, opere  
pcium me facturū spero, si argumentis ex Scrip-  
tura depromptis, euincam Christi Corpus non  
esse Vbiq; , ied in certo cœli loco sibi placente,  
Atq; ea in re nihil difficultatis inesse puto.

1. Quæ cunq; sūt separata locis, nō sunt vbiq;. Anima & Corpus Christi fuerūt tempore mor-  
tis vsq; ad resurrectionem, separata locis. Ergo  
Corpus Christi non est vbiq;. 2. Fulgentius  
scribit, totam Humanitatem non fuisse in Sepul-  
chro, & totam Humanitatem nō fuisse in Inter-  
no . 3. Augustinus Animæ tribuere noluit,  
quod simul fuerit in Inferno & Paradiſo .

4. Idem ait: Vbiq; totus est, sed non vbiq; to-  
tum. 5. Idem ait: Secundum id quod Deus  
est, vbiq; est: secundum id, quod Homo est, in  
**Cœlo** est. 6. Cyprianus in explicatione Sym-  
boli docet, quod per Ascensionem, Humanitas  
**Christi** esse ceperit in loco, vbi antea non fuerit.

7. Dydimus lib. I. cap. I. & Basilius 22. cap.  
**de Spiritu sancto**. Inde probat Diuinitatē Spi-  
ritus Sancti, quod simul sit in plurimis locis.

8. Cyrillus in Iohann. capit. 14. lib. 6. inquit:  
**Christus præsentia Corporis sui hinc subduxit**.

9. Gregorius in Hom. Paschali: Christus nō  
est hic per præsentiam Carnis suę, qui tamē nū  
quā deest per præsentiam Maiestatis suę. 10.

Ambrosius lib. 10. cap. 14. Christus nec supra  
terram, nec in terris qrendus est, qui tamen nū-  
quam deest per præsentiam Maiestatis suę. 11.

Vigilius docet, Christū Vbiq; esse secundū na-  
turam Diuinitatis suę, & loco circumscriptum  
esse secundum naturam Humanitatis suę, 12.

Athanasius damnat eorum errorem, qui docent  
**Christi Corpus** esse consubstantiale verbo. 13

Nulla Creatura simul est in multis locis. Cor-  
pus Christi verè est Creatura. Ergo. 14. Si  
**Corpus Christi** est Vbiq;, erit etiam in Inferno.

15. Si Corpus Christi est Vbique, sequetur,  
Christum vbiq; extra Vterum Matris cōceptū  
esse, & vbiq; extra Bethleheim natum esse, vbiq;  
extra Ierusaliniam passum esse, vbiq; extra Hor-  
tum sepultū esse. 16. Marci 16. Angeli dicūt

Mulieribus Surrexit, non est hic. Lueæ 24. fe-  
rebatur in cœlum. Iohá. 11. gaudeo quod non  
fuerim illic Me nō semper habebitis vobiscum.  
Act. 3. Oportuit ipsiū cœlos recipere. 17.  
Angelicæ Naturæ nō sunt simul in multis locis.

6

Sciendum etiam, quomodo refutanda Argu-  
menta, quibus Aduersarij probant Vbiquitatem  
corporis Christi.

1. Cunij.

Dextera Dei est Vbiq;. Corpus Christi est  
ad Dexterā Dei: Ergo corpus Christi est vbi-  
que. Respon.

Nego cons. quia sunt 4. termini. 1. Deus  
est vbiq;. Angeli sunt apud Deum: Ergo ijdē  
Angeli sunt vbiq;. 2. Deus est vbiique. Nos  
sumus in Deo: Ergo nos sumus vbiique. 3.  
Dextera Dei est vbiique. Corpus Christi à Ste-  
phano visum est ad Dexteram Dei: Ergo Cor-  
pus Christi vbiq; visum ē à Stephano, 4. Ita  
concludi potest: Dei Potestas est vbiq;: Et vbi  
est Dei Potestas, ibi est Christi Potestas: Ergo  
Christi Potestas est vbiique. Sed non valet. Vbi  
est Potestas Christi, ibi est Corpus Christi. Po-  
testas Christi est vbiique: Ergo Corpus Christi  
est vbiq;, maior enim falsa est.

2. Cunij.

Corpus Christi ambulauit supra Mare: Ergo  
Corpus Christi est vbiq;. Ref. Nego conse.  
Petrus ambulauit supra Mare: Ergo Corpus

Petri est vbiique.

3. Cunij.

Christus iejunauit 40. diebus: Ergo corpus Christi est vbiique. Resp. Nego cons. Moy ses iejunauit 40. diebus. Ergo corpus Moyfis est vbiique. 4. Cunij.

Corpus Christi est corpus glorificatū. Ergo corpus Christi est vbiique. Resp. Nego cōseq. Sicuti corpus animale, non est Anima. Ita corpus Spirituale non est Spiritus.

5. Neseri.

Substantia non debet furto eripi è Synaxi: Ergo essentia corporis Christi est sub frustulo Panis. Resp. Nego conseq. corpori Christi non debent furto subripi sua Maiestas & proprietas: Ergo Substantia carnis Christi est in cælo. 6. Neseri.

Corpus Christi transiuit per Ianuam clausam, & per Lapidē Monumenti: Ergo corpus Christi est vbiique. Resp. Antecedens non repeatitur in Scripturis.

7. Cunij.

Corpus Christi aliquando factum est inuisibile: Ergo corpus Christi est vbique. Respo.

Nego consequentiam. Angeli quandoq; faciunt sunt visibiles: Ergo Angeli sunt vbiique.

8. Cunij.

Quæcunque faciūt ad destructionem Papatus, illa animaduertit Lutherus. Sed Lutherus non animaduertit per Doctrinam Ecclesiæ Ty-

gurinæ Papatum destrui: Ergo Tygurinæ Ecclesiæ Doctrina de Synaxi, non destruit Papatum. Resp. ad maiorem. 1. Lutherus plurima vidit, 2. sed non vidit omnia. 3. non vidit primus, 4. neq; solus. In negotio certè Eucharistiæ nimium concessit Papistis.

9. Heshusij,

Papistæ non reprehenderunt Verba Augustinæ Confessionis: Sub specie Panis, Ergo corpus Christi est sub specie Panis. Resp.

Nego consequentiā. Phrasis illa ideo fuit Papistis approbata, quia stabilit Transubstantiationem: Ideoque ipse Author expunxit.

10. Heshusij.

Stephanus videt Christum sedentem ad Dextram Dei, post Ascensionem. Stephanus tunc fuit in Terris. Ergo corpus Christi, quando est à Stephano visum, etiam fuit in Terris.

Respon.

1. Non videt sedentem, sed stantem ad Dextram Dei. 2. Scripturæ dicunt, quod cœli fuerint aperti. 3. Vidi Aduersarium meū stantem in sublimi Suggestu, cum esset Hyperepiscopus, & ego steti in Terris: attamen corpus Adversarij à me visum non erat in Terris.

II. Heshusij.

Paulus post Resurrectionem, Dominū vidit carnalibus oculis. Paulus quando videt Dominum, fuit in Terris: Ergo corpus Christi, quando est visum à Paulo, etiā fuit in Terris. Ref.

1. Num carnalibus oculis viderit Christum,  
nescio. 2. Magis verisimile est, quod tunc vi-  
derit Dominum, quando raptus est in Tertium  
Cœlū, & tunc oculi Pauli fuerunt renati, & Spi-  
rituales. Act. 9, tantum audiuīt vocē: nam vi-  
so lumine, statim concidit in terram, & cæcus est  
factus. 3. Ncgo consequentiā: Nam etsi car-  
nalibus oculis vidisset, nō tamē ideo necesse fu-  
it in Terris esse Corpus Christi, quia potuit eti-  
am videri à Stephano, quando in cœlo fuit.

12. Heshusij.

Quicquid omnia implet, vbiq; est. Corpus  
Christi omnia implet. Ephes. 4. Ergo Corpus  
Christi Vbique est. Respon. Locus Aposto-  
li intelligendus est, de impletione omnium ope-  
rum, propter quæ Christus venit in Terram,

13. Heshusij.

Quicquid est supra omnes cœlos, non est cir-  
cumscriptū loco. Corpus Christi est supra om-  
nes cœlos: Ergo corpus Christi non est circū-  
scriptū loo. Ref. Corpus Christi est in cœ-  
lis. 1. Ephesi.1. Constituit eum in cœlesti-  
bus. 2. Nos ibi erimus, vbi Christus erit. Nos  
erimus in coelis: Ergo corpus Christi est in cœ-  
lis. 3. Christus Iohá.14. inquit: In Domo Pa-  
tris mei mansiones multæ sunt. 4. Idem ait:  
Ibo parare vobis locum. 5. Symbolū inquit:  
Inde venturus est. Inde, est Aduerbiū loci.

6. Germanice dicimus: Da sitz er zu der Ge-  
rechten Gottes. Ibi, est Aduerbiū loci. 7. Ad

**Colos.** 2. cap. **S**ursum est sedens ad Dexteram Patris. Sursum est Aduerbiū loci.

**Q**uare igitur Scripturæ dicunt, Christum supra omnes cælos euectum? Ergo corpus Christi non est in cœlis? **R**espon.

Per euocationem supra omnes cælos, aut intel ligi oportet Maiestatem Humanæ Naturæ, aut de Sphæris visilibus & inferiorib. intelligi oportet Præpositionem Supra.

**14.** Heshusij.

Infidelis fit reus corporis Christi: Ergo corpus Christi realiter p̄sens est in Pane. **R**esp.

Nego consequentiā. Quia Author ipse hanc Argumentationem expunxit ex Apologia,

**15.** Heshusij.

Augustinus inquit, id dari in parte, quod pendit in cruce: Ergo corpus Christi est definitiue in Pane. **R**esp. Nego consequen-

**1.** Augustino oppono Augustinum, cum ait: Secundum id quod Homo est, in cœlis est. **2.** Epiphanius inquit, In Pane efficaciā dari, ad vivificationem.

**16.** Pantaleonis.

Qui negant corpus Christi esse in Pane, constituant Christum a nobis remotum. Ergo gra uiter errant. **R**esp. Nego antecedens.

**Phil.** 3 **1.** Quia Paulus inquit, conuersationem Fi delium in cœlis esse. **2.** Et idem docet Eph. 2 Nos cum Christo considerare in cœlestibus, quo modo igitur Christus a nobis potest esse remo-

tus. 3. Vos contra præceptum Apostoli prohibetis ea, quæ supra sunt, querere: prohibetisq; ne fide in cœlum ascendamus. 4. Contra verba canonis Niceni, quæ prohibent, ne humiliter simus, attenti proposito Pan. 5. Et cōtra verba Chrysostomi, qui ait, Synaxin Aquilis, non Graculis esse institutam. 6. Contra celebre Dictum Ecclesiæ: Sursum corda. 7. Deinde docetis, corpus Christi esse supra omnes cœlos, & sic remotiorem à nobis constituitis Humanā Naturam Christi, quam ego.

18. Heshusij.

Si Corpus Christi est in vno simul cœli loco, tunc erunt in futura Vita miseri: qui remoti à Christo, propter multitudinem Angelorum, & beati qui propinqui erunt Christo. Resp.

Curet Aduersarius primo, vt veniat in cœlū, Si in cœlū venerit, videbit Maria ne an Iohannes sit propinquior sessurus Christo.

19. Cunij

Naturæ in Christo non debent separari. Ergo ubique est Diuinitas, etiam est Humanitas.

Respon. Nego consequentiam.

1. Quia sicuti Humanitas in Vtero conclusa, nō conclusit in Vtero Diuinitatem, ita nūc Humanitas non diffunditur, propter individuam eius cū Diuinitate unitatē. 2. Origenes in Matth. 25. cap. Hom. 33. Qui Christum presentem & absentem simul dicit, non soluit Iesum. 3. Solis corpus ideo non est in omnibus locis, vbi est

calor Solis, etiam si Solis corpus non separetur a calore. 4. Si corpus Christi semper ibi esset, ubi Diuinitas, tunc tempore Mortis fuisse etiam vnitum Animæ: Nam Diuinitas semper fuit unita Animæ.

## 7

Refutata Corporis Christi Vbiuitate, statim insurgit Quæstio: Qualis igitur sit unio Panis & Corporis Christi? De hac paucis verbis meam sententiam dicam: Devnione Panis & Corporis Christi, hodierno die Theologi multum digladiantur: an sit Hypostatica, an sit Naturalis, an sit Formalis, an sit Rationalis, an sit Sacramentalis, an sit Mystica, dum disputant de unione, inter illos summa est discordia. Quot nominantur uniones, tot sunt dissensiones. Digladiantur, quomodo Corpus Christi sit in Pane, sub Pane, cum Pane, circum circa Panem. Quomodo Panis & Corpus sint unita in manu Ministri. Hæc unio non facit Hominem meliorem. Dico igitur, illa esse veram unionem Panis & Corporis Christi, que fiat in corde sumantis, siue eam voces Sacramentalem, siue Mysticam, perinde est.

Magna iam animorum est dissensio: igitur ea unio vrgeri debet, quæ consistit in fideli vsu sumentis. Solliciti simus, quomodo carnem Christi habeamus in corde, sub corde, cum corde, & circue circa cor, tunc omisso hoc certamine, arctissime uniti erimus. Apostolus docet eos,

**vnum corpus fieri**, qui de vno Paneedunt, non  
docet, Panem & Corpus vnum fieri corpus.  
**Iohan 6.** Docet Christus, ideo nos edere ipsius  
carnem, ut ipse sit in nobis, & nos in ipso.

8

**Constituta vera vnione Panis & corporis**  
**Christi**, refutanda est falsa Opinio, qua afferitur,  
manu Ministri porrigi corpus Christi, id se-  
quentibus Argumentis solide fieri potest.

1. Iohannes inquit, se baptisare Aqua, Bap-  
tismum vero Ignis & Spiritus tribuit Christo,  
hanc humilitatem Iohannis Baptistæ omnes pi-  
os Precones imitari decet.
2. Iohannes Chri-  
stum aspergit Aqua: Pater vero cœlestis Spi-  
ritus sui plenitudine Filium suū ipsem et baptizat.
3. Moses fatetur, se Ministrum circumcisionis  
esse, quæ manu fit in præputio: Circumcisionem  
vero cordis, Deo attribuit.
4. Christus inquit:  
Non Moses, sed Pater cœlestis vobis cibum il-  
lum dedit.
5. Augustinus in Epistola ad Cir-  
censes 130. inquit: Hoc agit ille & efficit, qui p  
Ministros suos rerum signis extrinsecus admo-  
net, rebus autem ipsis, per seipsum intrinsecus  
docet.
6. Inde Papatus est ortus, quod Mini-  
stri hominib. persuaserint, se Reges habere sub  
pedibus, & Deū in manibus.
7. Et quod Sa-  
cerdotes putarint, manibus suis Christū non se-  
cūs incarnari, quā sicuti est incarnatus in Vtero  
Matris sue.
8. Homines rudes hęc audientes,  
e cogitant, manu Ministri sibi porrigi corpus

Christi, sicuti Infanti porrigitur Pulmentū ma-  
nu Nutricis. 9. Ambrosius tom. 3. Epist. 85.  
ad Demetriadem Virginem: Neque idem in Sa-  
cramento est forma, quod virtus, cū forma hu-  
mani ministerij præstetur obsequio, virtus vero  
per Diuini operis præstetur effectum. 10. Si  
manu ministri porrigitur Christi corpus, neces-  
se est ut sit in Pane, vel sub Pane, vel cum Pane:  
Sed non est sub Pane, neque in Pane, neque cū  
Pane. Ergo non exhibetur manu Ministri. 11.  
Substantia carnis Christi nō est nisi in coelo. Ma-  
nus Ministri non est in coelo: Ergo substantia  
carnis Christi non est in manu Ministri. 12.  
In immolatijs Epulis Dēmones non sunt ma-  
nu Ministri distributi. 13. Communio Sacra-  
rij etiam non fuit per Ministri manum exhibita.  
14. Ipsi Apostoli non dederūt Spiritum Sanc-  
tum, sed orarunt pro ijs quibus manus impone-  
bant, vt veniret in eos Spiritus Sanctus. 15.  
In Synaxi sunt duæ distinctæ res, illæ res requi-  
runt duo distincta opera, illa duo opera requi-  
runt duos distinctos Ministros: Hinc Apo-  
stolas inquit, Christi cooperarios esse, esse Mini-  
stros. 16. Si corpus Christi manu Ministri por-  
rigitur, etiam Sanguinē Christi manu Ministri  
porrigi sequetur. Quia vero soepe à diuersis  
Ministris Panis & Poculum porrigitur: erit  
corpus Christi in manu vnius, & Sanguis Chri-  
sti in manu alterius Ministri, Nonne quæso hac  
ratione distractio Sanguinis & corporis Christi

inducitur? Mysterium Mysterium respon -  
debunt, quasi vero & Sacrificuli sua deliria non  
wenditent, sub voce & titulo Mysterij.

Obiectiones Nicolai Pulzij.

I.

Qui negat manu Ministri porrigi corpus  
Christi, ille negat Ministros Euangelij esse glo -  
riosos, Ergo grauiter errat. Respon.

1. Ministri debent esse humiles, & Augustinus super Iohā. 5. tract. inquit, illos non esse in corpore Columbæ, qui negant, Christum baptizare Spiritu: Columba enim Iohannem docuit, Christum esse qui baptizet Spiritu. 2. Quādo Ministri volunt esse gloriosi, debēt esse Typi Gregis, non habere manus auaras, non sumere Pecunias ex cista aliena, mundæ manus esse debent, quibus Sacramentum corporis Christi cōtrectamus. 4. Nō infima gloria est, Sacramen tum corporis Christi manu cōtrectare, sed hāc gloriam Ministri cōmunem habent cum alijs cōmunicantibus. 5. Nam olim tēpore Ambro-  
sij, nō ore modo, sed manu cōmunicantes, sump ferunt christi corpu. 6. Idē factū est etiā tēpore Eusebij Pamphiliæ Césariensis Episcopi. Iam non ferunt manu accipi, vt ipsi soli maneāt gloriōsi.

2. Pulzij

Dignitas Ministerij externi non debet extenuari: Ergo manu Ministri porrigitur Christi corpus. Ref. Non debet honos suus eripi Christo: Ergo manu Christi porrigitur no-

bis caro Christi. Externi Ministerij dignitatem  
orno. Nam dico, Spiritum Sanctum nobis assi-  
stere & cooperari, & suum ipsius opus per se se  
exercere in Fidelibus. Imo addo, per exter-  
num Ministerium Ministri à Christo nos sua è  
coelo carne pasci,

3.

Augustinus, Nazianzenus & alij Patres dicunt,  
manu Ministri nobis porrigi Christi corpus.

Ergo. Resp. Augustino oppono Au-  
gustinum in prædicta Epist. ad Circenses. Au-  
gustinum expono per Augustinum, quando ait,  
Signum habere nomen reis signatæ.

9.

Ab Impijs Christi carnem doceo non man-  
ducari, illud sequentibus Argumentis probare  
soleo. 1. Quicunque non est capax No-  
ui Testamenti, non est capax Sanguinis Christi.  
Impij non sunt capaces Noui Foederis : Ergo  
Impij non sunt capaces Sanguinis Christi.

2. Misericordia Dei sola Fide accipitur. Cö-  
munio carnis Christi, est opus Diuinæ Miseri-  
cordiæ. Ergo cömunio carnis Christi non nisi Fi-  
de accipitur. 3. Inter Christum & Belial  
nulla est communio. Impij sunt Filij Belial.  
Ergo Impij non edunt carnem Christi.

4. Quicunque edunt carnem Christi, in illis  
habitat Spiritus Sanctus. In Impijs non habitat  
Spiritus Sanctus. Ergo Infideles non bibunt  
Sanguinem Christi. 5. Nemo potest simul

bibere calicem Dæmoniorū, & Sanguinē Christi. Impij bibunt calicem Dæmoniorum. Ergo Impij non bibunt Sanguinem Christi.

6. Quicunque fiunt rei corporis Christi, nō fiunt participes corporis Christi. Impij fiunt rei corporis Christi. Ergo Impij nō fiunt participes corporis Christi. 7. Quicunq; fit particeps corporis Christi, ille fit vnum corpus cū Fidelibus. Impij non fiunt vnum corpus cū Fidelibus: Ergo Impij non fiunt participes Corporis Christi.

8. Mortui non edunt. Impij sunt mortui in peccatis suis: Ergo Impij nō edūt carnem Christi. 9. Nemo potest simul cōmunicare Mensē Diabolorū, & simul edere carnem Christi. Impij communicant Mensē Diabolorum: Ergo Impij non edunt carnē Christi.

10. Quicunq; edit indigne de Pane Eucharistiae, non accedit secundum institutionē Christi, ad Synaxin. Infideles non edunt dignē de Pane Eucharistiæ: Ergo Infideles nō accedunt secundum institutionem Christi ad Synaxin.

11. Qui non cōmunicat secundū institutionē Christi, non edit carnem Christi. Impij non cōmunicant secundum institutionē Christi. Ergo Impij non edunt carnem Christi. 12. Caro Christi est cibus vitæ spiritualis. Impij destituti sunt vita spirituali. Ergo Impij non edunt carnem Christi.

13. Omnem promissionem oportet Fide accipi. Verba illa: Hoc est corpus meum, sunt verba promissiois. Ergo illa verba

oportet Fide accipi. 14. Sicuti accipitur promissio, ita accipitur res, quæ continetur in promissione. Promissio non accipitur nisi Fide.

Ergo corpus Christi non accipitur nisi Fide.

15. Qui edit carnem Christi ille manet in Christo. Infidelis non manet in Christo. Ergo Infidelis non edit carnem Christi. 16. Caro Christi non editur nisi Fide. Impij destituti sunt Fide. Ergo Impij non edunt carnem Christi.

Vnum hic admonendū duco. Quando duci, ab Impijs non manducari carnem Christi, Zuinglianum me dici oportuit, quādo vero Specialis Frater Aduersarij mutata sententia negavit ab Impijs manducari carnem Christi, tunc fuit Dogma hoc Euangelicum.

Cunius promisit, se probaturum Manducationem Impiorum, verum tandem promissis nosatisfecit. Nam ubi probare non potuit, dixit, Quæstionem hanc esse invtilem, in qua Luthe-rus tamen Statum posuit.

## 10

Ordine refutanda sunt quædam Argumenta, quibus Aduersarij probat Manducationē Impiorum.

### 1. Cunij.

i. Corinth. ii. inquit Paulus, Quod indignant rei corporis Christi. Ergo indigni manducant carnem Christi. Respon.

Nego consequentiam: Aliud enim est, reum fieri, & aliud est, participē fieri corporis Christi.

Iudæi crucifigentes Christum, qui dicebant

**Pilato :** Sanguis eius super nos, & super Filios nostros, verē sunt rei facti Corporis & Sanguinis Christi. Nemo tamen hinc concludet, quod biberint Sanguinē Christi. Epicuræi & Athei homines, qui nūquam accedunt Synaxin, etiam illo cōtemptu fiunt rei Sanguinis Christi, nullus tamen hinc concludet, quod Epicuræi tales, bibant Sanguinem Christi.

**Q**uando Infidelis se baptizari sinit, etiam fit reus Corporis & Sanguinis Christi, nunquid ibi ideo bibit Sanguinem Christi?

**P**aulus docet quod iij, qui non habent rationē suæ familiæ sint deteriores Turcis & Iudeis, quomodo igitur Sanguinem Christi bibunt?

**z. Cunij.**

**A**póstolus docet singulari reatu illos grauari, qui indignè edunt de Pane Eucharistiæ. Ergo edunt etiam corpus Christi. **Respon.**

**N**ego consequentiam. Nā qui Christum Dominum glorię crucifixerunt, etiam singulari reatu se grauarunt, & maiori quā Petrus, qui simpliciter abnegauit. Non tamen inde cōcluditur, quod crucifigæ ederint carnem Christi.

**Quare igitur Impij fiunt rei Corporis Christi, si non edunt Corpus Christi?** <sup>3</sup> **Resp.**

**Q**uia non diiudicant Corpus Domini.

**Q**uid est: non diiudicare corpus Domini? Idē est quod spernere, contemnere, non in fatis digno pretio habere, nō perpendere, quid Christus

suo Corpore nobis meruerit. Sicuti idem ait, ve  
nos ipsos probem⁹, id est, vt examinemus nos,  
cogitātes, quod cōtra Christi corpus egerimus,  
videlicet, quod peccatis nostris cruci affixerim⁹.

Quot modis igitur Impij nō diiudicant cor-  
pus Domini? potissimum tribus modis.

1. Quod omnia beneficia Christi incredulit⁹.  
te sua respuant. Iohā. 3. Hoc est iudicium: Lux  
venit in Mundū, & Mundus amauit Tenebras  
magis quam Lucem. 2. Quod Sacramentum  
Carnis & Sanguinis Christi prophanent: Nam  
si is qui statuam Imperatoris polluit, reus fit Im-  
peratoriæ Maiestatis, multo magis is, qui Sacra-  
mentū Sanguinis Christi prophanat, reus erit Sā-  
guinis Christi. 3. Quod tanquam Hypocrite  
veris Christi mēbris sese cōmisceant, & quan-  
doq; meliores haberi velint, quā ipsi Pijs. Neq;  
considerent, ad quid obligentur hac cōmunione.

4. Cunij.

Propter solam sumptionē Signi, nemo fit re-  
us corporis Christi. Ergo Impij manducant car-  
nem Christi. Respon.

Nego consequentiam. Nam Impij non sunt  
rei, propter sumptionem nudi Signi: Nam Sig-  
num adiunctam habet cōminationem. Deinde  
sunt rei, propter cōtemptum corporis Christi,  
cuius efficaciam sua incredulitate respuunt.

5. Cunij.

Christus Pijs æquè atque Impijs offert cōmu-  
nionem corporis sui. Ergo Impij quoq; edunt

**Carnem Christi.**    **Resp.** Nego consequent.  
Aliud enim est offerte, aliud est accipere. In  
predicatione Euangeliū Deus Fidelibus & Infide-  
libus offert Filium suum, nō tamen accipitur ab  
Infidelibus. Voci vocali assistit Spiritus Sanc-  
tus: non tamen ideo Infideles accipiunt Spiri-  
tum Sanctum.

**6. Heshusij,**

Apostolus non tantū vtitur Articulo, sed eti-  
am Pronomine demonstratio Tooto. Ergo Im-  
pij edunt corpus Christi.    **Resp.**  
Non sequitur. Quia Paulus Pronomine Panē,  
non Christi corpus demonstrat.

**7. Cunij.**

Paulus inquit, per indignam Manducationē  
Infideles sumere iudicium. Ergo Paulus docet,  
corpus Christi edi ab Impijs.    **Resp.**

Sumunt iuditium, propter Manducationem  
indignam Panis, non corporis Christi, & prop-  
ter contemptum corporis.

**8. Merlini.**

Deus punit Infideles, ppter prophanationē  
Cœnæ. Ergo Infideles edunt carnem Christi.

**Respon.**

Non sequitur. Deus punit Sacrificulos, prop-  
ter prophanationem Missæ. Ergo Sacrificuli e-  
dunt Carnem Christi.

**9. Stoffelij.**

Institutio Christi facit essentialia Synaxeos.  
Ergo Infidelis edit corpus Christi.    **Respon.**

Nego consequentiam. Nam Christus nō ita  
instituit, vt indignē accedas, neque promisit in-  
dignis conuiuis cōmunionem Sanguini, sui.  
In Baptismo non sola Aqua est pars essentialis,  
nēmo tamen inde concludet, Simonem Magum  
plus accepisse, quam externam tinctiōnem.

10. Heshusij.

Qui negligenter & inconsiderate cōmunicāt  
& sine Fide eos, inquit Ambrosius, edere corpus  
Christi. Respon.

Ambrosio oppono Ambrosium, qui cap. 9. de  
benedictione Patriarcharum, Carnem Iesu vo-  
cat Escam Sanctorum. Ambrosium expono  
per Ambrosium lib. 4. de Sacra. 4. cap.  
Ambrosio oppono Hieronimū, qui sup. 66. cap.  
Esaiæ, inquit: Omnes voluptatis magis amato-  
res quam Dei, non comedunt carnem Iesu.

11. Heshusij.

Basilius inquit, quosdam otiosē & sine fructu  
comedere Christi corpus. Respon.

Basilio oppono Cyprianum, qui inquit: Nul-  
lus huic Agno communicat, quē Israhelitici no-  
minis Maiestas nō commendat. 2. Basilio op-  
pono Hilariū, qui inquit: Hęc sumpta et hauita  
faciunt, vt Christus in nobis, & nos in Christo  
maneamus.

12. Heshusij.

Augustinus cōtra Epistolam Petiliani: Audi-  
turi sunt: non noui vos, qui corpus eius & san-  
guinem eius in Sacramento manducant.

Resp. Augustino oppono Augustinum, quando inquit: Non edunt corpus Christi, qui non sunt de corpore Christi. Augustino oppono Hieronimum, qui inquit, Hæreticos non bibere Sanguinem Iesu. Augustinum expono per Augustinum, quia inquit, Signum habere nomen rei signatæ.

13. Heshusij.

Augustinus inquit, Iudam accepisse bonum corpus Domini. Respon.

Augustino oppono Augustinum, quando inquit, quod reliqui Apostoli ederint Panem Dominum: Iudas vero acceperit Panem Domini, contra Dominum. Item quando docet, Impios Sacramentotenus edere corpus Christi.

Augustinum expono p Augustinum, cum ait, Signum habere signati nomen. Augustino oppono Hilarium, qui Iudam negat interfuisse Synaxi. Thomas Aquinas etiam disputat, verisimilius esse, quod Iudas non interfuerit Synaxi. Rupertus Tuicensis etiā illius est sententiae, quod non adfuerit: Iohannes Evangelista inquit, Iudam sumpta bucella Paschatis, statim exiuisse.

14. Stabij Othomari.

Celebre est Ecclesiæ Dictum: Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali. Ergo mali quoq; edunt corpus Christi. Resp.

Dictum istud sumptū est ex Sequentia Aquinatis: Lauda Syon. Sed non animaduertit M.

Stabius, quod in eadem Sequentia dicatur: Sub  
diuersis spetiebus, Signis tantum & non rebus,  
latent res eximiæ.

Ipsi Papistæ erudite explicat, quia Sacramen-  
tum dicunt ad Vitam, & ad exitium sumi: sed r̄e  
Sacramento scribunt, non nisi ad Vitam dari.

M. Stabius causam odit, quia nouit à me repre-  
hensum se, quod ex Cœmiterio Berga, vnde ci-  
uitas nomen habet, Paradisum ædificari.

15. Heshusij.

Caluinus offundit nebulas oculis: vtitur no-  
biscum ijsdem verbis, & idem sentit cum Tiguri-  
nis. Ergo magis cādidi sunt Tigurini, qui sca-  
pham vocant scapham. Respon.

Flinnerus & Sulzerus ex me voluerunt scire  
an essem Tigurinus vel Caluinista, & magis pro-  
barunt sententiā Caluinī: Quia dixerunt, Cal-  
uinum signis coniungere rei veritatem. Ego re-  
spondi, esse scriptam concordiam, qua significe-  
tur consensio Tigurinę & Genevensis Ecclesię.

16. Heshusij.

Soli increduli sunt indigni. Ergo grauiter  
errant, qui Fideles indignè quandoq; edere di-  
cunt. Resp. Cedo, Nam non queritur  
qui sint indigni, sed de eo disputatur, quid acci-  
piant indigni. Dixi, duplē esse negligentia,  
crassam, quæ Fidem expellit, & aliam, quæ etiā  
in Fidelem cadere potest, quæ nos iuditio cor-  
reptionis obnoxios facit.

Verba Christi : Hoc est Corpus meum, sim-  
pliciter intelligere, Fidei Regula non sinit.

Rationes.

1. Panis in Synaxi frangitur. Corpus Christi  
in Synaxi non frangitur. Ergo Panis non est es-  
sentiæ corpus Christi. Minor. Quia cor-  
pus Christi servetur pro nobis oblatum est. 2.

Aduersarij in explicandis illis verbis, multis  
Tropis vtuntur, Dicunt enim: In Pane, Sub Pa-  
ne, Cum Pane, Circum circa Panem. Si iam vo-  
luit esse simplicistæ, quare ab illis expositionibus  
non abstinent? Quid aliud sunt illæ expositioēs  
quam Tropi? At inquiunt: Vtimur illis declara-  
tionis gratia. itane? nos voculis illis signi, & si-  
guræ, etiam vtimur declarationis gratia, idq; cō-  
modius & sine periculo. 3. Aduersarij scri-  
bunt, per Panem nobis dari Christi corpus, tan-  
quam per medium. Nemo ignorat aliud esse me-  
dium, & aliud esse rem, quæ datur per medium.

4. Paulus merito haberit debet interpres ver-  
borum Christi. Paulus nō inquit: Panis est sub-  
stantiale corpus Christi. neq; dicit: Panis est sub-  
stantia corporis Christi. sed ait: Panis est cōmu-  
nio corporis Christi. Tria igitur illa, Panis, Cor-  
pus & cōmunio Corporis, distinctæ res sunt. 5.  
Qui verba Christi simpliciter intelligit, ille con-  
tradictionem ponit inter cap. Iohan. 6. et verba  
Institutionis. Nam si Panis est corpus Christi,  
etia Infidelis manebit in Christo. 6. Appen-  
dix Christi: Quod pro vobis datur: manifestè

Tropum cōuincit: quia Panis non est pro nobis  
crucifixus. 7. Si simpliciter intellexeris, tunc  
ore corporis edetur caro Christi. 8. Vnde  
hæresis Arriana? annō ex simplici & literali ex-  
positione dicti? Pater maior me est. 9. Vnde  
hæresis Antropomorphitarum? nonne ex litera?  
Oculi Domini super iustos. 10. Vnde error  
Mennonitarum? nonne ex literali sensu verbo-  
rum? Verbum caro factum est. 11. Vnde hæ-  
resis Origenis? nonne ex literali sensu? Caro &  
Sanguis Regnum Dei non possidebunt. 12.  
Vnde hæresis Heluidiana? nōne ex literali sen-  
su dicti? Christus fratres habet. 13. Vnde hæ-  
resis de manducatione Impiorum? nonne ex li-  
terali sensu verborum? Hoc est corpus meum.  
14. Augustana confessio emendata inquit:  
cum Pane Christi corpus exhiberi, Ergo non re-  
tinet litteralem sensum. 15 Frequens mos est  
Scripturæ, Signo dare nomē rei signatę. Gene.  
17. Circumcisio vocatur Fœdus. Genes. 41.  
Septem Boues dicuntur Septem anni. Exodi  
12. Agnus Paschal is dicitur Transitus. Leui. 16  
Sacrificia appellantur peccatorum expiationes.  
Moses accepto sanguine vituli in patera, aspersit  
Filios Israhel, dicens: Hoc est Testamentū, quod  
disposuit Dominus ad vos. Hic inquit Ambro-  
sius fuit figura Testamenti. Ephes. 6. Baptis-  
mus vocatur lauacrum Regenerationis.  
Dicent hic aduersarij, vitiosam esse illationē  
à singulari ad vniuersale, videlicet. In quibusdā

testimonijs Scripturæ est Tropus: ergo hic etiā est Tropus. His respondeo: Ipsos etiam cōtrariam sententiam ex singularib. colligere, hoc pacato. In multis locis oportet retineri to riton: ergo hic etiam oportet retineri to riton. 16. Augustinus sup Psal. 3. inquit: Figuram corporis sui Christus dedit Discipulis. Lib. 3. de Doctrina christia. cap. 5. inquit: Miserabilem animæ seruitutem esse, signa habere pro rebus signatis.

17. Tertullianus Panem appellat figurā corporis Christi. 18. Gregorius Nazianzenus, Synaxin vocat figuræ figurā. 19. Basilius partes Cœnæ vocat antitypa. 20. Cyprianus lib. 2. de vñctione, cap. 3. Significata & significatio ijsdem nominibus appellantur. 21. Theodoreetus inquit, Dialogo primo: Fieri hic cōmutationem nominum, Signi & rei signatæ. cap. Iohan. Caro Christi vocatur Panis. Mathei 26 Panis vocatur corpus. 22. Bertiamus inquit: Panis figurate corpus Christi existit. 23. Canon Nicenus, Panem & Vinum vocat resurrectionis nostræ Symbola. 24. Ambrosius lib. 4. cap. 4. de Sacramentis, Vinum vocat similitudinem Sanguinis. 25. Philippus Melanchthon Panem vocavit imaginem corporis, & Poculū imaginem sanguinis Christi. 26. Eusebius Ecclesiastica Hystoria, lib. 9 cap. 9. Panem vocat signū Dcminicæ mortis. 27. De cōsecrat. dist. 2. gl. in cap. Hoc est, nec Panis sanguinem, nec Vinum significat carnē cœleste Sacramentū,

quod est in Altari improprie corpus Christi dicitur 28. Beda in Lucam, pro sanguine Agni, Sacramentum sui sanguinis in Vini figura substituit. 29. Lucas Losius Metonymiam recipit in verbis Calicis. 30. Brentius Panem vocat Sigillum Corporis. 31. Annulus quem Sponsus dat Sponsæ, Fides dicitur, cum sit tantum Symbolum Fidei. Lutherus Syneccochen recepit in verbis Christi.

12.

Vt solidior sit piæ menti hæc expositio, quædam Argumenta partis aduersæ retellam.

1. Greyneri.

Qui instituit Testamentum, non utitur verbis figuratis. Christus instituens Synaxin, instituit Nouum Foedus. Ergo Christus non vñus est verbis figuratis.

Respon.

Nego 1. maiorem. Quia quando Deus instituit Circumcisionem, vñus est Tropo Metonymiæ. 2. Nego minorem. Quia quando Christus instituit Synaxin, Foedus Nouum antea institutum fuit. Synaxis vero est signum Noui Foederis.

Aduersarij Synaxin vocant Sacramentum.

Quid est Sacramentum? Nonne rei sacræ sacrum Signum? Si iam Panis non est Signum Corporis, quare Synaxin Sacramentum vocatis?

2. Greyneri.

In Articulis Fidei non est Tropus. Synaxis  
est Articulus Fidei, Ergo in verbis Institutio-  
nis non est Tropus. Respon.

Nego maiorem. Quia in verbis Symboli:  
Sedet ad Dexteram Dei, Tropum agnoscitis.

3. Greyneri.

Euangelistæ in descriptione Synaxeos uti-  
tur ijsdem verbis. Ergo in verbis Christi non  
est Tropus. Respon.

Antecedens est falsissimum. In Verbis Ca-  
licis manifeste variant. Et Bullingerus alias  
plus quam sexies variare ostendit.

4. Greyneri.

To riton in verbis Christi tantum gignit  
absurdum contra rationem. Ergo non necesse  
est cōfugere ad Tropum.

Respon.

Nego antecedens. Gignit absurdum con-  
tra articulum Ascensionis, contra articulum de  
Aduentu Christi ad Iuditium, & alia Scripturæ  
testimonia.

5. Cunij.

Sihic Tropus est concedendus. Ergo tan-  
dem omnes Scripturæ, Tropicè intelligenda  
erunt. Respon.

Nego consequentiam. Sihic Tropus non est  
concedendus, ergo plurimas Scripturas oportet  
Tropis torqueri. videlicet: I. Marci 16.

Non est hic. i. non videtur hic. 2. Ascendit in  
celum. i. disparuit. 3. Lucæ 24. Ferebatur  
in cœlum. i. mansit in inferioribus. 4. Iohá. 16  
Reliquit mundum. id est, mansit in mundo. 5.  
Iohá. 11. Gaudeo quod non fuerim illuc. i. quod  
nō visus fuerim illuc. 6. Christus est sursum,  
Col. 2. id est deorsum, 7. Paulisper sum vobis  
cum. i. semper sum vobiscum. & cet.

Aduersarij igitur verè sunt Tortelliani.

6. Greyneri.

Christus non tractauit Parabolam, quādo in-  
stituit Synaxin. Ergo non est figuratus sermo.  
Respon.

Non sequitur. Christus usus est sermone fi-  
gurato etiam, tunc quando non tractauit Para-  
bolas, utpote: Cauete vobis à fermento Phari-  
sorum.

12.

1. Lutherus in verbis Christi: Hoc est cor-  
pus meum, dixit esse Synecdochē. Aduersa-  
rius meus in his verbis docet esse predicationē  
inusitatam & non regularem, Ergo aduersatur  
Luthero. 2. Veteres in verbis Christi: Hoc ē  
corpus meū, statuerunt Metonymiam. Aduer-  
sarius in verbis illis statuit, esse predicationem  
inusitatam. Ergo aduersatur Veteribus: 3.  
Aduersarius in verbis Christi: Hoc est corpus  
meum, locutionem agnoscit inusitatā. Ergo hy-  
postaticē coniungit Pani corpus Christi. Quia  
predicatio inusitata habet tantū locum in proposi-

tionib. de Filio Dei. 4. Aduersarius hypoſta-  
ticē coniungit Pani corpus Christi. Ergo Ad-  
uersarius aſtruit adorationem Panis.

13

D. Albertus Hardeburgius protocauit ad  
preſtantifſimas Academias totius Germanię. Er-  
go non fugit lucem. Aduersarius illas Aca-  
demias inſimulat Hēreſeos. Ergo ſuperbit. Hey-  
delberge publicē diſputauit, & ſcriptis cum Ad-  
uersario agere valui. Ergo non fugi lucem.

Aduersarius publicē diſputare noluit, neque  
ſcriptis respondit acceptis. Ergo ſibi male fuit  
conſcius.

14.

Certamen de voculis inde ortū eſt, quod qui-  
dam in diſputatione Anno 59. 15. Aprilis a me  
habita, homo pius & doctus haſce quæſtiones  
mouerit, videlicet M. Nicolaus Preceptor iuni-  
oris Comitis Erbacensis. 1. An inter vocu-  
las illas, In, Sub, Cum, habendus ſit delectus, vel  
an omnes promiscuè eſſent vſurpandæ? Respo-  
di, delectum eſſe habendum. 2. Quænam ex  
his tribus alijs eſſet pferenda? Respondi vocu-  
lam Cum. 3. An voculam Cum exponerem  
Aduerbialiter vel Præpositionaliter? Respondi,  
Aduerbialiter, id eſt, tunc, quando Fidelis dignè  
edit de Pane Eucharistiæ, etiā verè fruitur car-  
ne Christi. 4. Quo conſilio à Theologis eſ-  
ſet vſurpata, in hoc Mysterio, vocula Cum?  
5. An ſignificaretur per eam modus cuiusdam

Physicæ connexionis corporis Christi cum p<sup>re</sup>  
ne. 2. Vel an ea significaretur causa organica.  
3. An discrimen inter signum, & rem signatam?  
Repondi, discrimen inter signum & rem signatā.  
5. An non cōmodior esset Particula Per? vt es-  
sei sensus: Per illam actionem fractionis, Chri-  
stum nos participes facere suæ carnis. Respon-  
di: Non contradico. 6. An non præstaret om-  
nibus voculis abstinere, quam propter vnam cō-  
tendere? Resp. Maxime. 7. Annon præsta-  
ret anxium esse quærere, quomodo Christi car-  
nem habeamus in cordibus, q̄ quomodo Chri-  
sti carnē habeamus in Panibus? Res. Maxime.

Bene an male respōdērim, Pij dijudicēt, Col-  
legæ sane mei non fuerunt ea responsione con-  
tentī: Etenim capitaneus ex aduersarijs meis,  
statim docuit, esse p̄ferendam voculā In. vt qua  
ab Augustino, Epiphanio, & Chrysostomo usur-  
pata esset. Et hinc vocatus est Impanista.

Neserus p̄tulit voculam Sub, vt quæ esset in  
Catechesi Lutheri usurpata, nam ipse erat Cate-  
chista. Hinc Suppanista dictus est, & publice du-  
os falsos Testes adduxit, à quibus eam approba-  
tam docuit Phrasin.

Greynerus oēs tres simul promiscue usurpā-  
das contendit. Hinc Insubcūpanista dictus erat.

Magistratus vbi vidit hoc certamine turbari  
Ecclesiam, authoritate interposita, p̄cepit, ne v̄l-  
lus posthac vteretur phrasibus illis, In & Sub pa-  
ne. Sed si placeret aliqua vti, vterentur ea: Cura-

Pane, ut quæ haberetur in Apologia, & Confessione Augustana, nec non Agenda Palatinatus.

Heshusius cū antea voculam In prætulisset, ne videretur mihi cedere, & suam opinionē contemnere, huic mādato obsequi noluit. & ut ostenderet se causam habere suæ obstinatiæ, dixit voculam Cum esse Cothurnum, & insidiosè ab aduersarijs usurpari: reliqui vero relictis vocalis In & Sub, descendenterunt in sententiā Magistratus, & polliciti sunt, se saltem usurpos vocalam Cum. Atq; hic in angustijs fuit Heshusius: Nā hac pertinacia sibi dimissionem dedit, neq; potuit dicere, se dimissum esse propter defensionē Augustanæ Confessionis, sed potius propter illius contemptum, ideoq; vt postea audietur, valde scabiosè publice locutus fuit de Augustana Confessione.

Hæc acta sunt 9. die Septembris, Anni 59. verum College ab Heshusio persuasi, captiosam & lubricam esse vocalā Cum, suis promissis nō satisfecerūt, inde factum est, vt certamen de vocalis denuo renouatum sit: alius enim, Cunius videlicet, voculas illas omnes retinendas: alius, omnes reijciendas docuit, videlicet Pantaleon. M. Conradus non satis esse putabat, vti vocalis In, Sub, & Cum, sed adiecit etiam Circum circa, Vmb vnd vmb den Broth. Vnde hodierno die dicitur, Pffaff vmb vnd vmb, à Laicis. Studiosi eum Circum circa vocant. Id non negligendum duco, quando Paroxismus fuit certaminis,

electus est in Ministrum Cunius. Hunc Nefrus publicè dixit, non esse probum virum. Et Ministri non probabant eius electionem.

Cunius igitur ut compararet sibi fauorē Ministrorum, incipit furere plus quā omnes reliqui, contra meam de Synaxi confessionem, Atque ruditis populus eum solum constantem esse putauit. Et ita eius electio tandem approbata est à Ministrorum collegio.

Atq; vt reuertar ad propositum, ingenue fator, me eius esse sententiæ, quod præstet voculis illis omnibus super sedere. Causæ, quibus moeior, illæ sunt:

Ciceroniani erubescunt vti phrasī aliqua, quā Cicero non usurpauit, multo magis nos erubescere debemus, quādo in Diuinis Mysterijs, vtimur eiusmodi Terminis, quos in Sacris Literis non inuenimus. 2. Spiritus Sanctus serio nobis inhibuit, ne Verbo ipsius quicquam adiiciamus. Apertum autem est, neq; Mattheum, neq; Marcum, neq; Lucam, neq; Apostolum vlla ex his voculis vsos esse. Vbi Mattheus inquit: In Pane est corpus meum? vbi Lucas ait: Sub Pane est corpus meū? vbi Marcus ait: Cū Pane est corpus meum? vbi Apostolus inquit: Circum circa Panē est corpus meum? 3. Nemo non intelligit, non modo diuersæ, sed contrariæ quoq; significationis esse voculas. Etenim nemo non intelligit, id quod est sub Pane, non esse in Pane: & quod est in Pane, non esse

sub Pane : id norunt Rustici : id norunt Pueri , quando hoc docui , dixerunt me abdita scrutari .

Mysterium , mysterium , clamabunt . Quasi vero sub voce mysterij omnes vestræ phantasie cōphensæ essent . 4. Hodierno die aliâs multe sunt controuersiae , de rebus grauissimis , quid igitur stultius , quam nos propter voculas insuper contendere . 5. Experientia docemur , ineptas fantasias concipi à rudibus , ex eiusmodi vociis . Annò ex vocula In cōcipiunt phantasiam localis inclusionis & impanationis ? Ex vocula Cum cōcipiunt phantasiam Physicæ cōnectionis corporis Christi cum Pane , sicuti Butterum coniungitur Pani , Ex eadem vocula cōcipiunt errorem Consubstantiationis . Audi entes voculam Sub , imaginantur aliquam delitescentiam corporis Christi sub Panis frustulo .

6. Certæ formæ loquendi non debent esse cōtrariæ confessioni . 7. Si hæ voculæ vtiles essent ad explicationem Mysterij , Filius Dei utique adieciisset . 8. Annon melius est vti voculis & phrasibus Scripturæ ? Panis est cōmunio Corporis : Poculū est cōmunio Sanguinis Christi ? 9. Aduersarij mei non possunt cōuenire : Alius vult omnes retinere : Alius vult vnam aliis p̄ferre . Alius p̄fert In : alias p̄fert Sub : alias vult omnes rejici . Quomodo igitur ego cum illis possum conuenire ? Vnde quæsto est illud certamen de vociis ? Quia non docent , quomodo carnem Christi habeamus In corde ,

**Sub corde, Cum corde.**

Nēq; male iudicant, qui doctos viros in alijs nationibus miraturos putāt, si audierint, tale certamē de voculis fuisse inter Doctos Germaniq;.

Inditium est, quod eiusmodi Impanistæ, Suppanistæ, Cumpanistæ, Circupanistæ nō fuerint subiecti cruci & persecutioni.

**Obiectiones Particularistarum.**

1. Heshusij.

Neccesse est refutari errorem Transubstantiationis. Ergo oportet pmiscue usurpare voculas illas : In, Sub, & Cum. Respon.

Non sequitur. Nam error Transubstantiationis potest validioribus argumentis refutari, quæ inuenies in scriptis Petri Martyris.

2. Merlini.

Verba Christi: Hoc est corpus meum: sunt declarada. Ergo promiscue oportet ut omnibus voculis. Respon.

Nō sequitur. Per cap. 6. Iohā. p 1. Cor. 10. melius declarantur: voculæ illæ sunt potius additiones quam declarationes. Vocolis illis plus obscurantur, quam declarantur.

3. Stosselij.

Oportet refutari errore de imaginario Christi corpore. Ergo promiscue oēs voculæ sunt usurpandæ. Respon. Non sequitur. Error ille validioribus argumentis est refutandus. 1. Tertullianus sic refutat: Rei phantasticæ nulla est figura. Panis est figura corporis

Christi. Ergo Christi corpus non est phantasticum corpus. 2. Chrysostomus Homilia 83. in Matth. Ista sunt Symbola, quibus obturamus ora Hæreticorū, qui quærunt: Quomodo Christus passus est? Si Christus veram carnem non habuit, vanasunt hæc Symbola. 3. Spiritus carnem & ossa non habet. Corpus Christi haber carnem & ossa. Ergo. 4. Corpus Christi palpabile est:

Vides igitur Veteres vocabulum Figuræ & Nota. Symboli opposuisse errori de imaginario corpos Christi. Hoc igitur Helleboro purges Cerebrum.

4. Stosselij.

Oportet retineri vniōnem Signi & rei signatæ Sacramentalē: Ergo retinendæ sunt omnes istæ voculæ.

Resp.

Non sequitur. Quia vniōnem Sacramentalis docetur fœlicius ex 1. Cor. 10. cap. Deinde vniōnem hæc nō consistit in manu Ministri, sed fideli corde videntis. Deinde qui vniōnem Signi & rei signatæ probat hisce voculis ille principiū petit.

5. Heshusij.

Voculæ illæ sunt, in Augustana Confessione, Apologia, Agendis Ecclesiasticis, & Articulis Smalcaldicis.

Resp.

Quatuor hæc

Scripta, sunt quatuornouī Euangelistæ: In quatuor Euangelistis veteribūs non inuenio.

6

Patres vñi sunt voculis illis: In, Sub, & Cum. Ergo etiam nos vtamur.

Ref.

Nō sequitur.

**Patres** alio consilio vſi sunt. Deinde **Patres** cū iudicio & delectu sunt legendi.

7. Merlini & Heshusij.

**Q**uidam faciunt ex particula Cum cothurnum. Ergo oportet vti In & Sub etiam. Ref.

Nego consequentiam. Potius omnes relinquamus. Sed quid est cothurnum facere ex particula Cum? Ref. Quando phrasin illā: **Cum** Pane, aliquis exponit per Panem, tanquā per mediū. Qui igitur sunt illi Cothurnici?

1. Omnes Theologi Inferioris Saxonie. Nā illi scribunt: Panis est necessarium mediū, per quod datur Christi corpus. 2. Brentius erit Cothurnicus: Nam & ille docet, per Panem nobis cōmunicari Christi corpus. 3. Forsitan Paulus erit Cothurnicus, Nam is per lauacrum regenerationis nos saluari docet. 4. Petrus Apostolus erit Cothurnicus: quia 1. Epist. 3.ca. inquit: Quod per aquam saluati. 5. Per impositionem manuum dicitur datus Spiritus Sāctus. 6. Augustinus erit Cothurnicus: Nam is Sacramenta vocat visibilia verba. Vnde nobis tot Cothurnici? Ref. Quidquid iam sit aliqua moderatione, hoc censoribus istis est Cothurnicum, quidquid autem sit furore, istud est zelosum, volebam dicere selosum.

8. Heshusij.

Voculæ illæ sunt confensu totius Ecclesiæ receptæ: Sicuti vocabulum homousion. Ergo sunt usurpandæ sine contradictione. Resp.

Nego antecedens : Semper fuerunt qui contradixerint. Vnum miror sanè, qui fiat, cum Magistratus prohibuerit vsum voculę In, qui fiat quod verba illius Cantilenę: *Verborgen in dem Broth so clein*, semper adhuc canantur sine emendatione. Ecclesia Embdana versum illum pie correxit.

15.

Vexarunt me etiam aduersarij Aduerbijs suis. Docent corpus Christi in Pane esse realiter, substantialiter, definitiū: dicunt carnem Christi edi oraliter, corporaliter. Ingenuè fateor me op̄are, vt omnia hęc Aduerbia omittantur.

1. Substantialiter dicunt esse ambiguū: quare igitur ad subtilis Mysterij explicationem adhibent? quare rem subtilem per vocem ambiguā exponunt?
2. Manifestum est, ex hisce Aduerbijs nasci infinitas Logomachias.
3. Tantū requiritur laboris in illis explicandis, quantū in explicatione ipsius Mysterij.
4. Nemo nescit esse vocabula barbara.
5. Ex rixis Scholasticis sunt nata.
6. Semper à pijs sunt impugnata.
7. Præscribere alicui phrases loquendi, quid aliud est quam Tyrannidem Grammaticā exercere?
8. In Mysterijs debemus esse cauti: quomodo cautiores esse possumus, q̄ quando phrasibus Scripture utimur?
9. Quibusdam non sufficit realiter, sed addunt etiam realius Cōparatiuum.
10. Et quādoquidem iam dicunt, oraliter, tandem addent, dentaliter, gut-

turaliter, stomachaliter, orificialiter, addent etiam sensualiter. Et Rustici dicent illos agere narraliter & stultaliter. Osiander vocatus est Essentialista: quia docuit Diuinę Naturę nō participes fieri, & recte quidem. Nam id etiam Petrus docet. Aduersarij docent, substantialiter corporaliter à nobis edi carnem Christi, qui fit, quod & ipsi non vocentur Substantialistæ & Essentialistæ? Propter hęc barbara Aduerbia viri pij in exilium electi sunt, digna igitur sunt & ipsa quoque exilio.

Christus in cap. Iohan. 6. non usus est nisi unico Aduerbio: VERE. Quare non adiecit vestrum Substantialiter?

Matthias Zellius interrogatus, quid sentiret de hisce Aduerbijs? Respodit: Es hat sie der Teufel in der Hel erdacht, Vnd in der Theologia ghebracht. Vidua quoq; Matthię Zelli, voclam Cum contra D. Rabum impugnauit.

#### Obiectiones.

##### 1. Vvestphali.

Paulus utitur Aduerbio corporaliter ad Col.

Resp. 1. Græcadictio Somatikos trāsferatur commodius, personaliter. 2. Paulus non utitur ea voce in Mysterio Synaxeos.

##### 2.

Zuingiani utuntur Aduerbijs: Significatiue, Sacramentaliter, Sacramētotenus, Spiritualiter, Symbolicē. Ergo nos etiam utamur nostris.

Respon.

Hęc Aduerbia sunt subtiliora, quam vestrę,  
& non perperam applicamus: Deinde quod ad  
me attinet, hęc etiam relinquere possum: nam  
sine illis Mysterium potest explicari. Relin-  
quite vos crassa, nos relinquemus subtilia. Bene  
applycate crassa, videlicet, ad Signa, & nos bene  
applicabimus subtile istud spiritualiter, videli-  
cet ad rem signatam

3. Stoffelij.

Synaxis non energia tantum, sed vſia est defi-  
nienda. Ergo oportet uti Aduerbijs realiter &  
substantialiter. Respon. Non sequitur.  
Nam Paulus etiam vſia definit Synaxin, etiā  
non vſus fuerit vllis Aduerbijs.

Vnum reliquis addam. Quidam interrogati,  
1. An Panis sit corpus Christi? Respondent:  
Ita, Sacramentaliter. 2. An corpus Christi sit  
in Pane? Ita Sacramentaliter. 3. An corpus  
Christi edatur ore corporis? Ita Sacramentali-  
ter. 4. An corpns Ch̄risti porrigitur manu  
Ministri? Ita Sacramentaliter. 5. An Impij  
manduent corpus Christi? Ita Sacramentaliter  
respondent. Si mihi aliquis ita responderet,  
putarem me derideri.

In disputatione mea vſus eram voce Sacra-  
menti: dicebat quidā, se Filiū esse Matris Vvit-  
tenberge, & non posse ferre voces ambiguas.  
Respondi illi. Mater tua Vvitteberga vtitur hac  
voce, es igitur oblitus Lingue Maternę, fortassis  
bonę Matris, malus es Filius, sicuti ille bonę Ar-

boris malus erat ramus. Hac dura responsione  
offensus clarissimus vir Franciscus Balduinus  
Preceptor meus colendissimus, duas lectiones  
fere habuit contra vocē Sacramenti, quibus eti-  
am tota disputatio mea suspecta fuit reddita Stu-  
diosis.

16.

Panis extra esum nō habet rationem Sacra-  
menti: Igitur 1. Panes Eucharistiæ non sunt  
numerandi. 2. Si Panes Eucharistiæ sunt nu-  
merandi, Vinum quoq; præcisè metiri oportet.  
3. Licet igitur Vinum residuum in Po-  
culo, refundere in Cantharum. 4. Si non li-  
cet Vinum residuum refundere in Gantharum,  
etiam Panes residuos in Pixidem non licet repo-  
nere. 5. Si ultimum cōmunicantem oportet  
totum Vinum ebibere: oportebit quoq; ultimū  
communicantem omnes Panes residuos cōme-  
dere. 6. Ex hac regula concludo, Infidelem  
non fieri participem corporis Christi.

17.

1. Philippus est Author Augustanę Confessi-  
onis. Ergo Phil'ppus n̄ aerito haberi debet Inter-  
pres Augustanę confessionis. 2. Ego sic  
interpretatus sum Augustanam confessionem, si-  
euti Author: Ergo non torfi Augustanam con-  
fessionem. 3. Qui iam docent, in Saxonia,  
Mīsnia, Thuringia, & Ducatu Vvirtebergensi,  
nō sunt authores Augustanę confessionis: Ergo  
nō possunt esse interptes cōfessionis Augustanę.

Non omnes Christiani, qui in Saxonia, Ducatu, & Thuringia viuant, credūt ab Impijs mā ducari Christi corpus.

Et quādoquidem intelligo viros bonos multis in locis, grauari scripto Augustanę confessio-  
nis, operę pretium me facturum sperauī, si quæ  
inter me & aduersarios sint contradictionis ca-  
pita, ordine quibusdā Propositionibus ostendā.

1. Philippus non Lutherus est author Augustanę confessionis. 2. Interpretatio Augustanę confessionis, non ex articulis Smalcaldicis sumi debet, in locis ambiguis, sed ex posterioribus scriptis Authoris. 3. Articuli Augustanę confessionis non æquipollent articulis in Synodo legitimè congregata cōscriptis. 4. Articuli Augustanę confessionis Hēreticis proponi, non opponi possunt. 5. Dissentio ab Augustana confessione, non æquipollet dissensioni à Sacris Literis. 6. Apologie & Cōfessionis Augustanę, non est aequipollens authoritas. 7. Prin-  
cipes Protestates vocātur: *Verwantē der Augspur  
gischē Confession, vnd nit: Verwantē d' Auspurgischē  
Apologey.* 8. In Apologia ipse author errores ingenue agnouit. 9. Canonem in Apologia cī-  
tatum, nō esse Canonem Missę, sed Canone Ni-  
cenum, à Dillero, & non Heshusio didici. 10

Augustanam confessionem nego esse talem Cothurnum, quem duo ē Diametro sibi contra-  
rij aequre induere possint. 11. Augustanā con-  
fessionem nego esse tam latum Pallium, sub quo

Deus & Sathan simillatere possint. 12. Non expedit coram plebe recensere, quoties, & quomodo Augustana emendata cōfessio. 13. Non est plane incertum, quid sub nomine Augustanę confessionis de Synaxi sit credendū. 14. Ad hoc ut sciri posset, quid sub nomine Augustanę confessionis de Synaxi sit credendum, nō opus est peculiarem Synodus congregari. 15.

Augustana confessio nō docet, ab Impijs māducari Christi corpus. 16. Augustana confessio non docet, Panem esse essentiale Christi corpus. 17. Augustana confessio non docet, corpus Christi vbiq; esse, & in multis locis simul esse. 18 Verba Augustanę cōfessionis emēdate: Cum Pane, malē translata esse dico: *Vnder der gestalt des Brodes.* 19. vocūam Cum aduerbi aliter & non praepositionaliter in verbis Augustanę confessionis expono. 20. Verba Augustanę confessionis: Cum Pane, nunquā interpretatus sum, per Panem, tanq; per medium. 21

Phrasis Augustanę confessionis emēdate: Cum pane: melior est, q̄ phrasis non emēdate confessionis: Sub spetie panis. 22. Sub nomine Augustanę confessionis nullę Humanae Ceremoniae vllis Ecclesijs obtrudi possunt. 23.

Si quae Ceremoniae, sub nomine Augustanę confessionis Ecclesijs obtrudendae, praestat illas sumere ex Ecclesijs Superioris Germaniae, q̄ Saxoniae. 24. Iuramentum in Augustanam confessionem, cum conditione praestari debet.

25. Conditio illa: Recipio Augustanam confessionem, quatenus consentit cum Sacris Literis, optima est. 26. Conditio illa: Recipio Augustanam confessionem, ibi, vbi omnes conueniunt, qui eam receperunt, mihi quoq; tollerabilis est. 27. Iuramentum in Augustanam confessionem praestari debet ab ijs, qui eam legerūt & intelligunt. 28. Imprudenter igitur ab adversario factum dico, quod stipendiarijs Theologiae, quibus ea nūq; visa est, hoc iuramentū in iunxerit. 29. Canonem Missæ satis est tacita correctione ex Apologia expunctum esse. 30.

Argumentū Apologiæ ex loco Pauli 1. Cor. 10. non malo consilio ab authore expunctū est.

31. Bene cōsuluit posteritati Philippus, quod tandem ingenue significarit, sibi displicere articulum de Synaxi, in articulis Smalcaldicis. 32

Heshusius eodem gladio cōfossus est, quo voluit confodere Magistratum suum. 33, Heshusius nō ideo dimissus est, quia defenderit Augustanam confessionem, sed quia scabiosē & cothurnicē locutus sit, de scripto confessionis Augustanæ. 34. In argumento illo: Senatores Scholę Heydelbergicę non legerunt confessionem Augustanā Ergo Senatores illi sunt Doctores Triobolares. Nego antecedens &c consequentiam.

35. Argumentum istud, falso sol- Conteruit Gulielmus Xylander, cū dixit: INTERIM ranei quoq; Augustæ compositum esse, & quosdam e Xyladri Senatoribus seniores esse Augustana cōfessione.

36. In probandis Dogmatis p̄stat sc̄pius al-  
legare Sacras Litteras , quam Augustanam con-  
fessionem.

18

In Scripturis nomen fractionis non numerationis inuenio. Atq; vſitatam Panis formam, superstitiosam habere originem, manifestum est. Nam cū Christus Denarijs à Iuda esſet p̄ditus, putarunt Panibus conuenire formam Denariorum. Atq; panes isti ante multos annos contemptim Minutiae nummulariae sunt vocati. Imagines quoq; Crucifixi & Agni ex Schola superstitionis progredi, nemo non intelligit. Cū enim Scripturis destituti, fictam illam corporis pſentiam probare non possent, picturis & imaginibus iſtud simplicibus perſuadere volnerunt, & ſic iſtas Imagunculas fulcra adorationis Panis eſſe oportuit. Paulus verbo frangendi vtitur, & ne quis existinet, per fractionem ſolam diſtributionem intelligi. Euangelistae dicunt : Fregit & dedit. Scripturæ ritum Cœnæ Fractionē vocant. Et in Actis legitur, Discipulos mansiſſe in fractione panis. Ritus fractionis maximis plenus eſt mysterijs: admonet enim nos, quales doiores & cruciatus corpus Christi in cruce p̄ nobis ptulerit. Sacramentum vniōnis eſt, & fraternalē concordiae, ideo Paulus inquit: Nos vnu corpus eſſe, quia de vno pane manducemus.

Aduerſarij etiam Hostiam vocant periculoſo nomine, acsi eſſent panes iſti Sacrificia. Oportet

illos emi à Mercatoribus. Quandoq; puluere sunt conspersi. Quandoq; propter longiore reseruationem, in puluerem sunt redacti. Quandoque mucidi sunt, vt Ægroti illos aspicientes, nausea laborent. Quandoq; frigore cogelati, in Hypocausto calido, quando corā Ægrotis tractantur, statim liquescunt, vt de patella sumi nequeant, nisi in formam pillulae contrahantur. Aduersarius tulit in sordida pixide proponi, quādoq; bubulci putyrum suum in mundiore habent pixide.

Nascuntur ex huiusmodi panibus multi sermones, qui non decent reuerentiam Mysterij. Vocantur contemptim Dij, seu Herr gott. Si quis tres simul cōmedat, dicunt: *Der hat drey Herr gott zu gleich gessen.* Homines Epicurei interrogati, cur tot sint Diaboli, & vnu Deus? Respondēt: *Die Pffaffen han vil Her gott gefressen.*

Quandoq; ventus projicit in terrā, ibi nesciunt multi, quid sit agendum, An denuo sint confirandi, an osculandi, an seponendi. Quando Sacrificuli visitant Ægrotos, dicitur: *Die dragen den Hergott in eynem gulden heuslein.* Quando Euangelici visitant Ægrotos, dicitur: *Die drage den Hergott in Ermenn.*

Quidam non ita diu p̄teriens Sacrificulum, pulsauit ostium carceris, inquiens: *Bistw darin, so kuck heraußer.* Alius interrogatus, quare p̄teriens, non aperiret caput? Respondit: Quia

putauit, Deum tuū ab A. grotō comedēsum esse.

Alius interrogatus, quare non exhiberet reverentiam? respondit. Quia à vobis sum edocetus, Hominem esse meliorem Auro. Et vidi vos ptereuntes Consulem, non aperire caput: Ergo nec ego aureæ Domui reverentiā exhibere debui.

Ex hisce Panibus nascuntur multæ ineptæ phrases loquēdi, veluti: *Der Leib Christi ist in eyner kleynenn partikel Broth.* Sicuti Neferus locutus est: *Der Leib Christi stecke in eyner kleynenn partikel Broth.* qua M. Conradus vtebatur phrasī.

Ista forma Panis, est insigne omnium Sacrificiorum in monumenti s suis.

Aduersarius meus Panis eiusmodi & Calicis figuram noluit ferre in monumento suo, licet alias impudicas sculpturas tulerit, veluti testiculos & virgas in Cherubin, contra castitatem raturæ Angelicae, & meretricias nudasque mammillas in Septem Virtutibus.

Nordana quoq; Ecclesia non parum offensa est, quod circumtonsi panes, post obitum Martini Micronij restituti fint.

19.

Cap. 6. Iohan. tanquam Clypeum Ciacis, aduersarijs meis merito oppono. 1. Quia aduersarij negare nequeunt, Christum ibi loqui de Carne sui Corporis, & non de Carne Sancti Petri. 2. Inter dictiones Carnis & Corporis,

differentiam probare nequit Vnicornius. 3.

Extra controuersiam est verbū Manducandi, ibi Metaphoricē usurpari. 4. Tota vetus las verba Institutionis exposuit p cap. Iohā. sextū.

5. Inter dictiones, *Leib* & *Leichnam*, ineptè distinguit Vnicornius. 6. Inter dictiones Hębreas Pægær & Baschar curiose distinguit Vnicornius. 7. Veteres promiscue vñi sunt vocibus illis Carnis & Corporis. 8. Non mirum est, aduersarium veteres Scriptores vocare Sycophantas, quando p cap. Iohan. 6. exponunt verba Institutionis. Quia S. Augustinū, vbi piè sensit, quādoq; insulsiissimū vocavit Theologū.

9. Iohannes ideo non recitat Historiam Institutionis: quia in cap. 6. docuerat manducationem carnis Christi. 10. Reliqui Euāgelistæ Historias & signa diligenter describunt: Iohannes cōtiones Christi, & res Sacramentorum magis describit. 11. Cōmunion corporis Christi, est principalior pars Synaxeos. 12. Inter Esū carnis Christi, & cōmunionem corporis Christi discriminē non inuenio. 13. Quidam quoq; ex recentioribus, qui sunt pr̄cipui Patroni Augustinæ confessionis, verba Institutionis exponunt per cap. Iohan. 6. Vtpote Brentius. & Iacobus Andreæ.

### Obiectiones.

#### 1. Cunij.

Christus in cap. Iohan. 6. non instituit Synaxin. Res. Concedo: Sed loquitur tamen

de ea carne , quā communicat nobis Christus in  
Synaxi . Nam quid aliud est : Caro Christi data  
pro Mundi vita , & : Corpus Christi pro nobis  
crucifixum .

2. Caspari Neferi.

Contio in cap . 6. Iohan . diu præcessit Insti-  
tutionem Cœnæ . Ergo verba Cœnæ nequeūt  
explicari p cap . 6. Iohan . Respon .

Nego consequentiam . Contio Christi Iohā .  
de Regeneratione , etiā præcessit solennem Insti-  
tutionem Baptismi . Quare igitur negotiū Bap-  
tismi explicatis per cap . 3. Iohannis ?

20

Papistæ in quibusdā capitibus dexterius sen-  
tiunt de Synaxi , quam aduersarij . Nam ex Pa-  
pistarum scriptis demōstrari potest . 1. Q uod  
Impij nō manducent carnē Christi . 2. Q uod  
corpus Christi non sit vbiq ; . 3. Q uod Panis  
significet Corpus . 4. Q uod Vinum significet  
Sanguinem . 5. Papistæ docent , corpus Chri-  
sti in cœlum rapi , quam primo spesies teruntur  
dentibus . Vvestphalus docet Christi corpus  
hærere in Pane , donec veniat ad gutturem . De-  
canus Georgij Cargij docet , corpus Christi esse  
cibum ventris . 6. Papistæ frangunt panem .

7. Reuerendissimus Episcopus Bremensis  
æquior fuit D. Alberto Hardenburgio , quam  
Heshusio .

In vno sunt sibi propinqui . Papistæ enim ,  
Christi corpus habent in Domo Sacramentaria .

**Aduersarij** in pane habēt, & hic per schalam pos-  
sunt componi: Papistæ habēt in aurea Domo;  
**aduersarij** in frustulo panis. Lutherani glori-  
antur, quod habeant vtranque Spetiem: Sed  
quid vtraque Speties sine Disciplina Ecclesiasti-  
ca? Aduersarij hic Papistis sunt deteriores. Pa-  
pistæ prophanantr vnam Spetiem: aduersarij v-  
tranq; & a Mennonitis hac in parte accusabun-  
tur vtrique.

## 21.

- Tenenda sunt etiā remedia & axiomata quæ-  
dam, cōtra aduersariorum contentiones & spe-  
tiosas corruptelas.
1. Non omnia esse Hære-  
tica, quæ aduersarij vocat Zuingliana.
  2. Ne-  
que omnia esse vera, quæ aduersarij scribunt de  
Zuinglio.
  3. Non oportere nos esse cum illis  
Carnifices papyri.
  4. Non esse respondendū  
omnibus conuitijs.
  5. Vtilius esse inquirere,  
quid sit sentiendum, q̄ quid hic vel ille senserit.
  6. Confessionem Ecclesiæ Tigurinæ iudicio  
rationis plus resistere, & maiorem Omnipoten-  
tiæ Laudem Deo tribuere, quam aduersariorū.
  7. Ascensionem Christi in cœlos, non tollere  
præsentiam Christi in Synaxi, & non concedere  
Physicam panis & corporis Christi connexio-  
nem.
  8. Non esse Discipulos Christi, qui to-  
riton defendunt, contra articulos Fidei.
  9. Non omnia haberi in Confessione Augustana,  
quæ aduersarij vendūt sub nomine Augustanæ  
confessionis.
  10. Ex Pane non creari Christi

corpus, recitatis verbis Institutionis.

22.

Egregios etiam fructus, quos aduersariorum contentio parit, Pij vbiique locorum, non sine la chrimis agnoscent & deplorant.

1. Etenim primo corrumptunt genuinū sensum Augustanae confessionis. Heshusius eam Confessionem cothurnum vocavit, quē Zuinglius & Lutherus & que induere possint. Contunit etiam amplo Pallio, sub quo Deus & Sathan & que latere possent. Narrauit eam plus quā sexies esse emendatam. Emendationes illas plenibus Papistis multis coram populo recensuit: Dixit incertum esse, quid sub illius nomine, de Synaxi credendum sit. Ut hoc sciri possit, peculiari Synodo opus esse docuit. Quid quaeſo magis scabiosē de Augustana cōfessione dici potest. Videātigitur aduersarij, ne ipsi sint illi Diabolii, qui latitare cupiūt, sub Pallio Augustanae confessionis. 2. Dum defendant malas constitutiones de Doctrina Eucharistiae & meliori sententiae repugnant, faces sunt ciuilium & Ecclesiast̄corum motuum. 3. Hac sua contentione abducūt homines ab v̄lu & reverentia Ministerij, & Sacrae Synaxeos. 4. Dum docent, ab Impijs Christi carnem edi, laudem veritatis Christo detrahunt. 5. Dū negāt vnicō Christi corpore, in vno cœli loco existente, oēs Fideles pasci posse, in omnibus Terrae locis, Christo Laudem Omnipotentiae demunt. 6. Exem-

plum inducūt simili petulantia, alios defendendi  
errores. 7. Sub nomine Augustanae confesi-  
onis, plures tandem errores defendere conabū-  
tur. 8. Causa sunt, ut multi Pij persecutionē  
patiantur, in alijs Nationibus. 9. Præcipuas  
Academias traducunt tanquam Hæreticas. 10

Prudentes Gubernatores, qui ipsorum phan-  
taſis patrocinari nolunt, Hæresi infectas con-  
queruntur. 11. Imitantur Pontificem Roma-  
num, in defensione & propagatione falso Doc-  
trinæ, & repressione melioris sententiae.

22.

Deficientibus panibus Eucharistiae numera-  
tis, non denuo repeto Verba Institutionis. Si to-  
ties, quoties panes numerati deficiunt, verba In-  
stitutionis repeti necesse est, etiam toties, quoti-  
es Vinum de nouo in Calicem effunditur ē Can-  
tharo, verba Institutionis repetenda concludo.  
Hinc in frequenti Communione sœpius illa re-  
peti opus erit. Et si frequentius repetenda,  
aut voce clara, aut voce submissa illud fieri ne-  
cessere erit. Si voce submissa, erimus quasi fusur-  
rantes. Sacrificul: si voce clara, aut tacere opor-  
tebit Cantores, aut confusionē fieri necesse erit.

24.

Repudio quoq; impios errores, quos nōnulli  
falso mihi affingunt. 1. In Svnaxi nihil acci-  
pi præter nuda signa. 2. Christum procul à Sy-  
naxi in Calecutta remotū esse. 3. Phantaſti-  
cum Corpus pro nobis esse passum. 4. Carnē

**C**hristi nihil prodesse. 5. Christum non esse aliter in Synaxi, quā est in Inferno. 6. Tantū dimidium Christum esse in Synaxi. 7. Christi Corpus in Cœlo esse, sicuti in Nido Columbi no, vel in Nido hirundinario. 8. Me omnia voluisse Helueticē instituere, sicuti Tilemannus omnia voluit Saxonice ordinare, sicuti Cirle-rus dixit.

Palam quoque est, vnde sit sumenda interptatio Confessionis Augustanæ in rebus ambiguis. Otto Heinricus piæ memoriæ, noluit vna cum Augustana confessione imprimi Articulos Smalcaldicos. Dillerus est quoq; author Palatinæ Agendæ. Agenda Palatina non docet Manducationem Impiorum. Aduersarius Heshusius Agendam Palatinam quādoq; vocavit Papisticam. Minquitius vocavit in quibusdam Zuinglianam. Heshusius plus q̄ in decem capitibus eam non seruauit. Otto Heinricus expunxit duas illas voculas In & Sub.

25.

Solebant mihi multi obijcere autoritatē Iohannis Mercurij, qui scribit, Incredulitatem esse instrumentum, quo Impij manducēt Christi carnem: quiq; locum 1. ad Corinth. 11. tāq; Clypeum Aiakis nostrę sententię opposuit.

Ad hanc obiectionem respondeo, Mercuriū non esse ynū ex antiquissimis Scriptorib. sed ex posterioribus. Et vt dici solet: cōueniūt fatis no-mina sœpe suis. Mercurius inter omnes Plane-

tas maximè vagum & erraticum habet motum.  
Non igitur mirum est, cum & idem Mercurius  
plus studuerit Mathei, quam Sacris Litteris, eū  
ita turpiter hallicinatum esse. Excitat etiam  
suo tempore sine causa non paruum tumultum,  
quando Idola voluit stulte tueri. In causa Sa-  
cramentaria perfidie etiam conuictus fuit, &  
multi alij Studiosi ab ipso infatuati fuerunt, & eti-  
am senex ille Georgius Iunior, per illū à me ali-  
enatus est.

Apertum est, Incredulitatem esse instrumen-  
tum respuens, & non applicans Carnem Christi.  
In loco Pauli oportet diligenter considerari ver-  
ba. 1. Nō inquit: qui edit indigne de corpore  
Christi, sed qui edit indigne de Pane hoc. 2.

Non inquit, indigne commedentem fieri par-  
ticipem Corporis, sed reum fieri ait. 3. Non  
inquit, Indignos ideo reos fieri, quia non iudicēt  
Panem esse corpus Christi, aut quia non iudicēt  
in Pane esse corpus Christi: sed quia non diju-  
dicant Corpus Domini. Deinde supra ostendit,  
ex hoc Clypeo Aiakis plurima argumenta su-  
mi posse pro nostra causa: cū aduersarij ex no-  
stro Clypeo, nullum argumentum pro  
sua causa sumere possint.

F I N I S

Gloria soli Deo.

Vt intelligent Pij, Doctrinam meam Heydelberge non damnari, adjicá Pia Thematā D. Petri Boquini Primarij ibidem Professoris, post meum abitum defensā.

1 Institutoris Christi verba: Hoc est Corpus meum, simpliciter intelligere, Fidei regula non sinit.

2 Nam Cœnam Dominicam duabus rebus ijsq; distinctis, constare Terrena & Cœlesti inter pios conuenit.

3 Terrena est Panis, & Vinum: cœlestis est cōmunicatio Corporis & Sanguinis Christi.

4 Terrena ore corporis, cœlestis ore anime, id est, Fide percipitur.

5 Verborum Christi partē priorem ad rem, vt dici solet, Sacramenti: posteriorem vero ad vsum seu effectum, referre, non est recte secare, vt Apostolus monet, veritatis sermonem.

6 Vis viuificandi a communicatione Corporis & Sanguinis Christi separari non debet.

7 De alijs finibus Cœnæ huius sacrosanctæ inter Ecclesias Christi, nulla videtur esse controuersia.

**Forma Excommunicationis , qua**  
Tilemannus Heydelbergæ excōmunicauit me,  
propter solam huius Doctrinæ confessionem.

Die 6.<sup>to</sup> Septembris, Anno 59.

1. Nullus Minister cum Vvilhelmo Synaxin publice administret.
2. Nullus Fidelis Synaxin ab illo sumat.
3. Nullus ex adultis ipsius contiones au liat.
4. Nemo suos Liberos vel Ministros in eius contionē mittat.
5. Nemo suum Infantem ab ipso baptizari sinat.
6. Nemo Ægrotus consolationem ab ipso petat.
7. Nemo cū ipso cibum capiat.
8. Magistratus eum non diutius in Officio ferat.

**Rationes, ob quas illegittima  
hæc sit Excommunicatio .**

1. Tilemannus erat antea exclusus a Senatu Academiæ.
2. Erat antea excommunicatus a Velsio.
3. 8. Die Septembris à Caspero appellatus est Sus, vastans Vineam Domini, ppter hunc Bannum.
4. Die 9. Septembris, ob ea Excommunicationē, reprehensus fuit a tota Cancelaria.
5. Eodem Die aduersarij ipsi fuerunt omnes Ministri Ecclesiæ.
6. Dillerus 10. Septemb. publice dixit, me ferendū in Officio, contra Bannum Papæ.
7. Eodem die Dillerus Synaxin, contra Papæ Bannum mecum administravit.
8. Eodem die Ecclesia mecum contra Papæ Bannum communicauit.
9. Eodem

die Pantaleon dixit in Suggestu Ecclesiam ten-  
tari per falsum Prophetam, cumq; meam postea  
Doctrinā defenderit, necesse est, quod Tileman-  
num putarit. 10. Ecclesia non fuit interroga-  
ta de consensu. 11. Ministri Tilemanno dimis-  
so, denegarunt Testimonium Doctrinæ. 12.  
Rector Vniuersitatis dedit mihi Testimoniu hō-  
nestæ Vitæ & sanctæ Doctrinæ, etiā post dimissio-  
nē ob signatū Sigillo Vniuersitatis. 13. Flinne-  
rus post dimissionem vtriusq;, scripsit Germa-  
nica Carmina, in laudem meæ personæ, & vitu-  
perium Tilemanni. 14. Magistratus abituro  
mihi singulari clementia, Viaticum honestum  
communicauit. 15. Tilemannus nullam aliam  
habuit causam Excommunicationis, quā Doc-  
trinam mem, quæ à maiori parte Christianismi  
defenditur ut Catholica, Nā die 9. Septembris,  
Anno 59. nihil se aliâs in me desiderare dixit,  
coram pleno Senatu Electoris Palatini. 16.  
Ecclesia Embdana hunc Bannum illegitimum  
agnouit.

## Quare Osiandrismi

insimulatus sim

Fui Goppingæ fere per bienniū collega Ia-  
cobi Andree, & Lnci Osiandri. Cumq; venire  
Heydelbergam, & audirem Theologos Ducis  
Virtebe gensis traduci tanq; Haereticos, à Cal-  
parulo & M. Conrado, à me sunt honorificè de-  
fensi. Nā me ideo Osiandricū traduxerūt, quod

cum Theologis Vvirtebergicis habitauerim.  
Hinc à Casparulo Parasito delatus , Tilemanno  
Osiandricus sum habitus. Tilemannus quoque  
Theologos Vvirtebergenses insulsos & ineptos  
vocauit, propter bellum Grámaticale. Dixitq;  
Brentium causam esse rupti Colloquij Vvorma-  
tiensis. Cumq; Casparulus 15. Septembris me  
corruptorem p̄cipui articuli, nimirum Iustifica-  
tionis, falso traduceret, cum eo expostulaui, post  
habitam contionem, eq; dixi mendacissime Vi-  
peræ, quendam Spetialem Superintendentem  
Ducis, publico scripto Tilemannum generalem  
mendatij accusasse, & quare huic nō responde-  
ret interrogauit. Tilemannus nullam contionē  
habuit, in qua nō nominatim perstrinxerit Osi-  
andrum, id etiam Flinnero displicuit, fuit ei etiā  
prohibitum à Cancelaria, Deinde Theses me-  
as de Iustitia Fidei ipse met Tilemannus appro-  
bauerat.

Propter hanc expostulationem cū mendaci  
homine, dimissus fui die sequenti vnā cum ad-  
uersario. Tilemannus etiam Caluinum Osiان  
drismi accusat: Sed ille fortassis Papę & Para-  
sitis respondebit. Osiandri errores nulos  
defendi: sed hoc dixi, illi multos errores affin-  
gi, de quibus nūquam somniauerit. Illud adhuc  
dico . rumpantur Ilia Parasiti & Vicarij Vicarij  
Caspari. Contra aduersarium, has Theses de-  
fendet Iacobus Andreæ.

I. Carnem Christi vim viuificandi habere à

Diuinitate sibi vñita.

2. Osiander nūquā negauit, quin peccator  
in certamine conscientię, Iuditio Dei opponere  
possit meritum Christi.

3. Christum intra nos, & non extra nos, no-  
bis esse iustitiam.

4. *tam* Thesin ego tuebor, Caluinum nō ne-  
gare, quod Iuditio Dei in lucta conscientię pec-  
cator possit opponere meritum Iesu Christi.

Id constat, quod fuerit quæstio Facti non Ju-  
ris, quæsitum fuit, quid senserit vel non senserit  
Osiander. Non sum ideo Hæreticus, etiamsi nō  
credā, Osiandrum omnia illa sensisse, quę Hes-  
husius & Casparus illum sensisse clamant. Po-  
sum etiam saluari, etiamsi ignorem, quid senserit  
Osiander. Possum etiam ædificare populu Dei,  
etiamsi non nominatim traducam Osiandrum.  
Osiander docuit, quod Christus satisfecerit pro  
peccatis nostris : neque negauit, quod mé-  
ritum Christi possit opponi Iuditio Dei, in cer-  
tamine conscientiae. Non sum etiā ideo Hæ-  
reticus, etiamsi non credam omnibus mēdatijs,  
quæ Casparulus effutivit contra Tygurinos.

Vnum valde miror, docetis, Carnem Christi  
nostræ Animę non posse cibum esse, nisi eius es-  
sentiā intra nos habeamus. Et tamen dicitis,  
Christum extra nos existentem, vobis esse iusti-  
tiam. Ego non credo, participationem personæ  
Christi, esse posteriorem participatione Bene-  
ficiorum Christi.

# Collatio Veteris & Noui Papatus.

Papistę multa vocat Lutherana, quę sunt Euangeliaca.

Lutherani multa vocant Zuingiana, quae sunt Euangelica.

P. in propria causa volunt esse Actores & Iudices.

L. in propria causa volunt esse Actores & Iudices.

P. volunt è Synodis suis excludi Lutheranos.

L. volunt è Synodis suis excludi Zuingianos.

P. talem Synodus volunt, vbi omnes collocatores sint Papistę.

L. talem Synodum volunt, vbi omnes collocatores sint addicti Lutheranismo.

P. venientes ad Synodum, adferunt secum Decreta Romani Pontificis, à quibus discedere sunt prohibiti.

L. venientes ad Synodum, adferunt secum Instructiones Principum, à quibus discedere sunt prohibiti.

P. in probandis Dogmatis sœpius allegant Concilia & Patres, quam Sacras Litteras.

L. in probandis Dogmatis, sœpius allegat Aug. Confess. Apolog. Smalcaldicos Articulos, & Agendas, quam Sacras Litteras.

P. iactant Petrum primo plantasse Romæ Religionem.

- L. iactant Lutherum primo in Saxonia plantasse Euangelium.
- P. iactant Ordinariam Successionem.
- L. scribunt Religionem Domui Saxonice esse hereditariam.
- P. nolunt amplius disputari de ijs, quæ semel damnarunt in suis Synodis.
- L. nolunt amplius disputari de ijs, quæ semel damnarunt in suis Synodis.
- P. prohibent, ne Typographi imprimat Libros Lutheranorum.
- L. prohibent, ne Typographi imprimat Libros Zuinglianorum.
- P. vetant Bibliopolis, ne habeant venales Libros Lutheranorum.
- L. vetant Bibliopolis, ne habeant venales Libros Zuinglianorum.
- P. vetant suis, ne legant Libros Lutheranorum.
- L. vetant suis, ne legat Libros Zuinglianorum.
- P. vetant suis, ne audiant Conciones Lutheranorum.
- L. vetant suis, ne audiant Contiones Zuinglianorum.
- P. vetant suis, ne sinant Liberos suos baptizari à Lutheranis.
- L. vetant suis, ne sinant Liberos suos baptizari à Zuinglianis.
- P. vetant suis, ne sumant Synaxin cum Lutheranis.
- L. vetant suis, ne sumant Synaxin cum Zuinglianis.

- P. excommunicant eos, qui communicant cum  
Lutheranis.
- L. excommunicant eos, qui communicant cum  
Zuinglianis.
- P. nolunt, ut sui Ægroti consolationem petant à  
Lutheranis.
- L. nolunt, ut sui Ægroti consolationem petant  
à Zuinglianis.
- P. prohibent, ne sui cibū capiant cū Lutheranis.
- L. prohibent, ne sui cibū capiant cū Zuinglianis.
- P. prohibent, ne suorum Liberi proficiantur  
ad Academias Lutheranas.
- L. prohibent, ne suorum Liberi proficiantur  
ad Academias Zuingianas.
- P. omnes illos suspectos habent, qui veniunt ex  
Scholis Lutheranis.
- L. omnes suspectos habēt, qui veniunt ex Scho-  
lis Zuinglianis.
- P. non ferunt in Ecclesijs suis Contionatorem  
Lutheranum.
- L. non ferunt in Ecclesijs suis Contionatorem  
Zuingianum.
- P. non ferunt in Scholis suis Preceptores Lu-  
theranos.
- L. non ferunt in Scholis suis preceptores Zuin-  
gianos.
- P. non ferunt in Scholis suis legi Cathechesin  
Lutheri.
- L. non ferunt in Scholis suis legi Cathechesin  
Caluini.

- 30.
- P. in Ecclesijs suis maximè probant Cantum Gregorianum.  
L. in Ecclesijs maximè probant Cantilenas Lutheri.  
P. non ferunt suas Cantilenas reprehendi à Lutheranis.  
L. non ferunt suas Cantilenas reprehendi à Zuinglianis.  
P. tantum Latinas Cantilenas habent in Ecclesijs suis.  
L. semilatinas & semigermanicas Cantilenas habent in Ecclesijs suis.  
P. Formas precationum compositas à Lutheranis, vocant Hæreticas.  
L. Formas precationum compositas à Zuinglianis, vocant Hæreticas.  
P. Biblia translata à Lutheranis dicunt esse corrupta.  
L. Biblia translata à Zuinglianis dicunt esse corrupta.  
P. nullam Translationem meliorem habent, quam veterem, quæ dicitur Hieronymi.  
L. non ferunt quicquam reprehendi in Translatione Lutheri.  
P. contemnunt Commentaria Lutheranorum.  
L. contemnunt Commentaria Zuinglianorum.  
P. iubent Bibliothecas Lutheranas cōburere.  
L. volunt Bibliothecas Zuinglianias cōburi.  
P. non legunt Libros Lutheranorum, nisi cum præiudicio.

- L. legunt Libros Zuinglianorum cū prējudicio.  
P. eos, apud quos inueniūt Libros Lutherano-  
rum, suspectos habent.
- L. eos, apud quos inueniunt Libros Zuinglia-  
norum, suspectos habent.
- P. habent certos Visitatores.
- L. habent certos Visitatores.
- P. Visitatores oportet esse purē Catholicos.
- L. Visitatores oportet cum Lutherō sedere in  
eodem scāmno.
- P. reformatores Lutheranos vocant Ecclesia-  
rum deformatores.
- L. reformatores Zuinglianos vocant Ecclesia-  
rum deformatores.
- P. ad defensionem Missæ creant vnum Papam,  
& sub ipso aliquot Cardinales.
- L. ad defensionem Caparnaiticæ Manducatio-  
nis creant vnum Generalem, & sub ipso Spe-  
tiales.
- P. habent certos Inquisitores Hæresis Luthe-  
ranæ.
- L. habent certos Inquisitores Hæresis Zuingli-  
anæ.
- P. Inquisitores non disputant cum Lutheranis.
- L. Inquisitores non disputant cum Zuinglianis.
- P. Inquisitores Lutheranis tantum proponunt  
aliquas Quæstiones.
- L. Inquisitores Zuinglianis tantum proponunt  
certas Quæstiones.
- P. Inquisitores tantum Cathegoricum Respon-

sum recipiunt.

L. Inquisitores tantum Cathegoricum Responsum recipiūt: *Ja oder Nein: Vogel iß oder stirb.*

P. laborem Inquisitionis deferunt Magistratui.

L. laborem Inquisitionis deferunt Magistratui.

P. requirunt à Magistratu, vt sub nomine Iuramenti Ciuilis, Subditis obtrudat sua Dogmata.

L. requirunt à Magistratu, vt sub nomine Iuramenti Ciuilis, Subditis obtrudat sua Dogmata.

P. eum Magistratum vt Catholicum celebrant, qui furit contra Lutheranos.

L. eum Magistratum syncerum predictant, qui seuit contra Zuinglianos.

P. eum Magistratum, qui non expellit Lutheranos, accusant apud Imperatorem.

L. eum Magistratum, qui non expellit Zuinglianatos, accusant apud Protestantes Principes.

P. inflammant Magistratus Papisticos, contra Magistratus Lutheranos.

L. inflammant Magistratus Lutheranos, contra Magistratus Zuinglianatos.

Quando Magistratus Papisticus recipit August. confess. furiunt omnes, quotquot sunt sub ipso Sacrificuli.

Quando Magistratus Lutheranus incipit fauere Zuinglianis, cestro agitatūr quotquot sunt sub ipso Contionatores.

P. Magistratus multa quandoq; cogitur condon-

nare suis Sacrificulis, ne diffametur apud Imperatorem.

L. Magistratus quādōq; multa cogitur cōdonare suis Contionatoribus, ne diffametur apud alios Protestantes.

P. Magistratus sœpe ideo opprimit Lutheranos, ne opprimatur ab alijs Magistratibus Pa-50.  
pisticis.

L. Magistratus sœpe ideo expellit Zuinglianos, ne opprimatur ab alijs Magistratib. Lutheranis & Papistis simul.

P. Magistratus quandoque ejiciunt quosdā Lutheranos, vt euitēt suspicionem Lutheranismi, apud Imperatorem.

L. Magistratus quandoq; quosdā ejiciunt Zuinglianos, vt euitēt suspicionem Zuinglianismi, apud Protestantes.

P. nolunt suos Magistratus Hospitium largiri Lutheranis.

L. nolunt suos Magistratus Hospitium largiri Zuinglianis.

P. volunt soli audiri à Principibus.

L. volunt soli audiri à Principibus.

P. hoc agunt vt plurimos Principes pertrahant in suam sententiam.

L. hoc agunt, vt plurimos Principes pertrahant in suam sententiam.

P. hoc agunt, vt Aulici Contionatores sint Pa-  
pistæ.

L. hoc agunt, vt Aulici Contiooatores sint Lu-  
therani.

- P. quo plures Principes in suam sententiam p-  
traxerunt, eo magis furiunt contra Luthe-  
ranos.
- L. quo plures Principes in suā sententiam ptrax  
erunt, eo magis furiunt contra Zuinglianos.
- P. defendunt sua Dogmata Gladio seculari.
- L. edunt suas Confessiones, sub nomine Prin-  
cipum.
- P. requirunt à Magistratu, vt renunciet ijs ius  
Ciuitatis, qui nolint esse Papistæ.
- L. requirunt à Magistratu, vt renuntietur ijs ius  
Ciuitatis, qui non sint Lutherani.
- P. eos, qui in Ordine Senatorio non volunt esse  
Papistæ, iubēt se iungi ex Ordine Senatorio.
- L. eos, qui inter Senatores nolint esse Caper-  
naitæ, iubent se iungi ex Ordine Senatorio.
60. P. non ferūt suis Magistratibus dedicari Libros  
à Lutheranis.
- L. non ferunt suis Principibus dedicari Libros  
à Zuinglianis.
- P. volūt, vt Magistratus sit executor primę Ta-  
bulæ, ad decisionem trium vel quatuor The-  
ologorum.
- L. volūt, vt Magistratus sit executor primę Ta-  
bulæ, ad decisionē trium vel quatuor Docto-  
rum.
- P. imitantur vitia, & non virtutes S. Petri.
- L. imitantur vitia, & non virtutes S. Lutheri.
- P. relictis granis, paleas colligūt è Scriptis Pa-  
trum.

- L. relictis granis, paleas colligunt è Scriptis Lutheri.
- P. in Scriptis Lutheranorum querunt studiose Antilogias.
- L. in Scriptis Zuinglianorum querunt studiose Antilogias.
- P. suadent, vt Lutherani extinguantur, dum pauci sunt.
- L. suadent, vt Zuingiani reprimantur, dū pauci sunt.
- P. clamant, propter Dogmata Lutheranorū immitti publicas calamitates.
- L. clamant, propter Dogmata Zuinglianorū immitti publicas calamitates.
- P. obiciunt Lutheranis præscriptionem longi temporis.
- L. obiciunt Zuinglianis præscriptionem longi temporis 40. Annorum.
- P. volunt Ceremonias Ecclesiæ Romanæ vbiq; obseruari.
- L. volunt Ceremonias Saxonice Ecclesiæ vbiq; obseruari.
- P. multas Ceremonias sunt mutuati ab Ethnicis
- L. multas Ceremonias sunt mutuati à Papistis.
- P. fugillant ritus Lutheranorum.
- L. fugillant ritus Zuinglianorum. 70.
- P. non ferunt suos ritus carpi à Lutheranis.
- L. non ferunt suos ritus carpi à Zuinglianis.
- P. auricularem Confessionem volunt fieri certo tempore, in obscuro loco.

- L. indicaturam suam volunt fieri certo tempore  
in obscuro loco.
- P. plus tribuunt Auriculari Confessioni , quam  
publicæ Contioni.
- L. plus tribuunt priuatæ Indicaturæ, quam pub-  
licæ absolutioni.
- P. principalem finem Confessionis , dicunt ab-  
solutionē priuatam.
- L. principalem finem Indicaturæ, dicunt esse ab  
solutionem priuatam.
- P. docent, quod nullus dignè cōmunicet, nisi fu-  
erit prius confessus.
- L. docent, quod nullus dignè communicet, nisi  
fuerit prius indicatus.
- P. auricularē Confessionē p̄ferunt Discipli-  
næ Catechisticæ.
- L. Indicaturam priuatam p̄ferunt Disciplinae  
Catechisticæ.
- P. toties , quoties quisq; communicat , requiri-  
runt Cofessionem auricularē.
- L. toties, quoties quisq; communicat , requirūt  
Indicaturam priuatam.
- P. in auriculari Confessione quædam ineptè in-  
terrogant.
- L. in Indicatura priuata quædam ineptè inter-  
rogant.
- P. eos, qui non sunt confessi , excommunicant.
- L. eos, qui non sunt indicati , excommunicant.
80. P. sub Confessione auriculari spargunt sua falsa  
Dogmata.

L. sub Indicatura priuata, spargūt sua falsa dog-  
mata de Synaxi.

P. docent, suam Confessionē auricularem me-  
liorem esse, quā est Indicatura Lutheranorū.

L. dicunt, suam Indicaturam esse meliorem, quā  
est publicum Examen.

P. damnant eas Ecclesias, quæ nō habent Con-  
fessionem auricularem.

L. damnant eas Ecclesias, quæ non habent Indi-  
caturam priuatam.

P. ab ijs, qui confitentur, sumunt nummum.

L. ab ijs, qui se indicat, sumunt integros pa-  
ziones.

P. Missam celebrant in Altari.

L. Synaxin celebrant in Altari.

P. Missam celebrant latinè.

L. Synaxin celebrant semilatinè & semigerma-  
nicè.

P. celebrantes Missam, sunt induti Serico.

L. celebrantes Synaxin, sunt induti alba Veste.

P. in Missa delectatur Cätilenis multarū v ocū.

L. in Synaxi delectantur Cantilenis multarum  
vocum.

P. delectantur Organis.

L. halten auch will von der Bepftlichen Sack pfeiff.

P. in celebratione Missæ accendunt Candelas.

L. in celebratione Synaxeos accédūt Candelas.

P. recitantes Verba, facié conuertunt ad Altare.

L. recitantes Institutionis Verba, faciem conuer-  
tunt ad Altare.

P. verba Cœnæ missitātē.

L. quidam submissa voce cōfērānt denuo, quādo Panes numerati absūmpti sunt.

P. Vinum residuum in Calice totum ebibunt.

L. residuum Vinum in Cantharū refundere nō audent.

P. Altaria sua ornant Imaginibus.

L. Altaria sua quoq; deformant Idolis.

P. flectunt genua, sumentes panem Eucharistię.

L. genua flectunt, sumentes panem Eucharistię.

P. sub porrectione panis Eucharistię, sericū ster-  
nunt Linteamen.

L. sub porrectione panis Eucharistię, sericū ster-  
nunt Linteamen.

P. dicunt se Deum habere in manibus.

L. dicunt se Corpus Christi habere in manibus.

P. panem Eucharistię in os ingerunt.

P. panem Eucharistię in os ingerunt.

P. sustulerunt ex Ecclesia vsum prophetię.

L. non restituunt vsum prophetię.

P. circa Synaxin non exercent disciplinam Ec-  
clesiasticam.

L. circa Synaxin non exercent disciplinam Ec-  
clesiasticam.

P. cum plerique sint Scortatores, non possunt  
erigere Disciplinam Ecclesiasticam.

100. L. quidam, cum sint Vsurarij & Bibones, non  
possunt erigere Disciplinam Ecclesiasticam.

P. carentes Disciplina Ecclesiastica, falso iac-  
tant se habere legitimū vsum Sacramentorū.

L. carentes Disciplina Ecclesiastica, falso iactant  
se habere legitimū vsum Synaxeos.

P. dicunt, Lutheranos fugere lucem, quādo sua  
Dogmata nolunt subiçere Papæ & Cardina-  
libus.

L. dicunt, Zuinglianos fugere lucem, quādo no-  
lunt subiçere suam confessionē Lutheranis.

P. dicunt, Lutheranos dānatos in suis Synodis.

L. dicunt, Zuinglianos dānatos in suis Synodis.  
Lutherani respondent Papistis, quod sint illegi-  
time condemnati.

Zuingiani etiam Lutheranis respondent, se non 104.  
legitime condemnatos.

Hanc collationem adieci, vt commonefierent  
viri prudentes, quā imprudenter faciant Aduer-  
sarij, sic nobiscum agēdo: Nam hoc pacto armat  
contra se & nos communem Holtem. Ego  
video nullos homines hoc seculo magis crutiari,  
quam gubernatores politicos. Quia Papi-  
stæ docent, Magistratum defensioem debere  
suæ Doctrinæ: idem dicunt Lutherani: idem di-  
cunt Zuingiani: idem dicunt Mennonitæ, &  
Suenckfeldiani. & cet. Sint igitur memores dic-  
ti illius: Erudimini qui iudicatis Terram.

Impia Dogmata Heshusij, de  
Articulo Trinitatis, & Filio Dei.

1. Docuit inter Patrem & Filium , non modo personalem, sed essentialem esse differentiam, sicuti patet in impressa Contione.
2. Publicè docuit in suggestu, & in Schola, Papistas non modo circa voluntatem, sed etiam circa essentiam Trinitatis errare.
3. Id si est verum, ij, qui à papistis sunt baptisi, non sunt ritè baptisati.
4. Periculose scribit in impressa Contione: Pa-ter æternus Filium æternę Vitę participem fe-  
cit, germanicè, *mitgedeilt*: cum tamē Christus na-  
tura & genesi habeat Æternam Vitam.
5. In scripto cōtra Velsium probat, Filiū pro-  
priam habere essentiam.
6. Locum Iohān. 5. Pater Filio dedit habere  
Vitam in semetipso, ad Diuinitatem retulit.
7. Augustinum vocauit insulsissimum Theolo-  
gum, quod ignorantiam Extremi Diei retulerit  
ad Humanitatem Christi.
8. Multoties dixit: non sufficit ignorantia Ex-  
tremi Diei referre ad solam Humanitatem.
9. Propositionem illam: Christus est creatus.  
vt impiam damnauit.
10. Locum Pauli Galat. 4. transtulit: Crea-  
tum ex Muliere.
11. Obscurum locum Epiphanij laudauit, vbi  
dicitur: Filium eundē esse Patri essentia, sed non  
Tautovision.
12. Nouas phrasēs habet : Trinitas est Vnitas:  
Vnitas est Trinitas. Cum Veteres sic locuti sint:

In Trinitate Personarum est vnitas Essentiæ: in  
vnitate Essentiæ est Trinitas Personarum.

13. Bremæ docuit, esse aliquod Cœlum incre-  
atum.

14. In illo Cœlo, docuit Christum ab æterno  
fuisse Hominem.

15. Ibidem, docuit Christi corpus inpalpabile  
esse, Sicuti Angeli sunt inpalpabiles.

16. Humanam Christi Naturam docet esse si-  
mul in multis locis.

17. Christum docet ideo certo dici Verbum,  
quia cogitatione sit genitus.

## Appendix.

Accusatus fui, quod noluerim deprecari cul-  
pam à Ministris Ecclesiæ, & ideo non sim resti-  
tutus in integrum. Resp. Id nunquā ausi sunt  
vlli ex Ministris à me postulare, vt qui omnes  
sibi male consciij. Iussus erā quidem recōciliare  
me Pantaleoni, sed id facere nolui, nisi prius di-  
ceret, me ne an Aduersarium intellexerit, per fal-  
sum prophetam. Id nisi publico scripto dixerit,  
non est dignus cum quo vir honestus commu-  
nicet. Ministri culpam à me & Deo potissimū  
dep̄cari debent, quod veritati oblocuti fuerint.

Alij dicunt, me ideo mouisse certamen, quia  
repulsam passus sim in petitione pastoratus. Ref.  
à nullo Ministro, à nullo consiliario, à nullo pro-  
fessore, à nullo Vrbis Senatore, à nullo ciue

pastoratum petij. Reliqui Heshusij collegæ p-  
tierunt pastoratum , ideo quilibet adulari vo-  
luit Aduersario. Ego aliâs honestiorem habui  
functionem, quam Parochus habet.

Alij leuitatis me accusant , quod Impostori  
cuidam elocarim Sororē Coniugis. His respon-  
deo, me impostorem illū esse nesciisse. 1. Mi-  
hi fuit commendatus à Pastore Dalsheimano,  
tanquam pius & probus vir. Et per eundē am-  
biuit primo Sororis Coniugem. 2. Ecclesia  
in Flersheim dedit ei testimonium piæ vitæ per  
bienniū. 3. Superintendēs Alzeanus dedit ei  
testimoniuū probę vitę & eruditiois propria ma-  
nu subscriptum : vtrunq; testimonium habeo.  
4. Aduerlarius ei dare voluit stipendiū & meli-  
orem conditionem Ecclesiasticam. 5. Elector  
per biennium antea illi crediderat ministerium  
Euangelij. 6. Coram testib. & honestis viris  
Sponsalia celebrata . Coram ijs me & amicos  
Puellę rogauit per Deū, vt ci in vxorē darē. 7.  
Terfuit proclamatus. 8. Per fide dignas per-  
sonas antea sc̄epe fuit interrogatus, nū alij esset  
obligatus, & fuit etiā prius scriptus in catalogū  
Studiosorū. 9. Patria ipsius Ciuitas Guden-  
sperga dedit ei testimonium vitæ honestæ. 10  
Omnes Ministri Ecclesiæ, quotquot fuerunt in-  
uitati, Nuptijs ipsius interfuerunt. 11. Depre-  
henso ipsius crimine , ipsum in carcerem coniuci  
curaui , & capitaliter accusau. 12. Propter  
graues causas interrogai aliquoties ipsum, corā

alijs viris fide dignis , an honestam Puellam ei dederim nec ne , & respondit quod ei honestam & castam elocarim virginem . Habui ipse met copiosam prolem , & miseros alendos pupillos . Ideoq; semper id studui , vt seniorem Sororem Coniugis elocarem , vt ita non mihi soli omne onus incumberet alendi pupillos . Et fateor inge nue , quod miseræ Puellulæ persuaserim , vt numberet , quæ alias libentius aliquâdiu functa fuisset officio Famulæ . Hæc calamitas mihi sœpe objecta fuit ab aduersarijs , presertim à Sutore Scriba , & à sordido Rustico , qui se Agricolâ vocat , qui quandoque obiecit , quasi alij quoque obtrudere voluerim , cum ipsa plus habeat honestatis in vno digito , quam ipse in toto pectore & corpore . Cum igitur idem impostor alijs me prudenteribus in re majori imposuerit , quare mihi quæso hanc imprudentiam obiciunt ?

Agricolam promoui , vt veniret Heydelbergam , nec non Pantaleonem illi talem gratiâ regulerunt , quod me expulerint cum alijs .

Quandoquidem in aduersarijs meis deprehendo singularem malitiam , vt non modo Doctrinæ , sed & personæ meæ maledicant , vt Doctrinam pijs suspectam reddant , volui adiucere Testimonia , quæ mihi in cursu studiorum meorum , diuersis in locis data sunt à viris & pijs & eruditis .

# I. Testimonium Promotionis.

Cum Pietas, Professionisq; nostræ ratio postulet, vt modis omnibus Studia Literarū, & maxime Sacrarum promoueamus, æquum esse iudicamus, vt ipsarum quoq; Studiolos omni officiorum genere prosequamur. Huius officij nostri memores, posteaquā & priuatim & publicè D. Vvilhelmū Klebitz, vt Leges nostrę æquitasq; ipsa suadēt, explorassemus, perspecta ipsius, tum pietate, tum eruditione egregia, dignum cū esse censuimus, quē iusta authoritate nobis credita, & totius Senatus huius Vniuersitatis assensu, Baccalaurium, vt vocant, in Sacræ Theologiæ Facultate publice pronuntiaremus, ijsq; omnibus priuilegijs & honoribus, quæ conferri solēt in eos, qui isto gradu donantur palam pro more, in hac nostra Academia recepto, ornaremus. Quod omnibus testatum esse volumus, Sigilli nostrę Facultatis Theologicę atq; Chyrographi nostri adiectione. Actum 13. Calend. Maij, Anno à Christo nato millesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

Petrus Boquinus professor Sacræ Theologię & Facultatis Prodecanus.

Iohannes Paulus Kestler Academię Heydelbergensis Syndicus & Notarius *ssit*.

Ex hoc Testimonio liquido constat, assensu

Vniuersitatis mihi gradum collatum, & quia Confessionis edendæ causa disputauit. Necesario concludo, eos, qui meā Doctrinam damnāt, etiam Vniuersitatem totam Heydelbergensem damnare. Ipse Tilemannus me in sua confessione Baccalaurium vocavit : quia vero agnouit sibi turpe esse cum Baccalaurio congregari, tandem expunxit Baccalaurij nomen: At mihi gloria est cum Doctore tanto congregari, sicuti Dauidi laudi fuit descendere in arenam cum Goliath. Interrogavi Typographum Noribergicum, quare omisisset nomen Michaelis Dilleri, & respondit: Noli tangere Cristas meas.

## 2. Testimonium Vniuersitatis datum mihi post dimissionem.

Vniuersis & singulis cuiuscunq; loci atq; ordinis Lectoribus Thomas Erastus Academiæ Heydelbergensis Rector, Salutem D. Postquam honestus & exim'e doctus vir Vvilhelmus Klebitz, cum ita rationes eius tulissent, hinc esset abiturus, petiuit à nobis studiorum & vite' suę Testimonium. Hanc petitionem cum honestam indicauerimus, denegare ei officium nostrū non voluimus. Testamur itaq; hisce Literis, quod paulo minus biennium is modeste & probe hic vixerit, lectionesq; ea sedulitate audierit, vt gradum Baccalauriatus in Facultate Theologica nō indignè collatum ipsi putemus. Quamobrem, cum etiam a bonis & pijs viris fuerit amatus,

oēs, ad quoscunq; venturus est, rogamus, vt ea  
qua dignus est benevolentia, ipsum complectan-  
tur. Quid n. in ipsum beneficij contu-  
lerint, Deum compensaturum non dubitamus.  
Ac ne quis de nostra erga ipsum voluntate dubi-  
tare possit, nostri Magistratus Sigillo has Lite-  
ras cōfunire voluimus. Date sunt Heydelber-  
gæ 2. dō Die Octobris, Anno à Christo nato mil-  
lesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

Ex hoc Testimonio liquet, me neq; propter  
malam vitam, neq; propter malā Doctrinā dimis-  
sum esse. Et quādo Eraustus hoc Testimoniū Vni-  
uersitatis Sigillo obsignauit, etiā Senator fuit  
Ecclesiastic⁹, & interfuit Cōtioni, qua tertio Sep-  
tēbris die respōdi aduersario, & in quamē Doc-  
trinam liberrimē confessus fui. Ex hoc quoq;  
Testimonio liquet, falsam esse calumniam, quod  
dicunt, me in conuicijs modū esse transgressum:  
qui hoc asserunt, ipsi nullum modum obserua-  
runt. Aduersario fuit denegatum Testimo-  
nium ab Vniuersitate, Facultate, Electore, &  
Ministris Ecclesiæ.

Multi mirantur, qui factum fuerit, quod Bre-  
menses receperint Aduersarium, cū ne Ciuem  
quidem admittant, qui non afferat suę cōuersa-  
tionis Testimonium. Sed quidam putant, Lu-  
theranis illis idem contingere, quod accidit Pa-  
pistis, quando non fuerunt pares Aduersarij.  
Pecunijs conduixerunt aliquos Rhetores, qui

Aduersarijs scribendo negotium facesserent.

3. Testimoniū Iacobi Andrcæ  
& Lucæ Osiandri.

Postquam pius & eruditus vir D. Vvilelmus Klebitz Collega noster dilectus, cum ita ratioēs eius tulissent, clementer ab Illustrissimi Princeps Vvirtebergensis Consiliarijs Ecclesiasticis dimissus est, petivit à nobis & Doctrinæ & conuersationis suæ Testimonium. Quam petitionē cū iudicaremus iustum, sicuti honeste denegare nō potuimus, ita nos officij ratione ei debere agnoscimus. Perlibenter ergo hisce Literis testificamur, ex eo tempore, quo vltra sesquiannum Diaconi officio Goeppingæ apud nos functus est, eum, qua potuit fide & diligentia, in Ecclesia suum fecisse officium, & pro dono sibi concesso, Doctrinam propheticam & apostolicam singulare dexteritate plebi tradi diffe. Cuius summa in Confessione Inuictif. Imp. Carolo anno xxx Augustæ exhibita, est comprehensa, & Dogmata cum ea pugnantia, cōfutasse. As ut eandē Doctrinā vita honesta & moribus inculpatis ortaret, innocenter & sine reprehensione vixit, ac sua integritate iuxta Apostoli doctrinā Typus fuit bonorum operum, ne quod Doctrina syncera instaurauerat, corruptis moribus destrueret. Neq; suam vocationem quæstus causa mutauit, qui hactenus mediocri stipendio cōtentus, summam fidem, & singularem testatus est in obeun-

do munere industriā. Sed quod semper ei pro-  
positū fuit, cum diuina prouidentia oblatū esset,  
vt maiorem in studijs suis progressum cum Ec-  
clesię vtilitate coniunctum faceret, vnicē specta-  
uit. Omnes igitur, qui hoc nostrū de ipso Testi-  
monium sunt lecturi, obnixē rogamus, vt qui-  
bus possint officijs, eū iuuare velint, quę, sicuti  
in ingratum non cōferent, ita de diuina cōpen-  
satione nihil dubitare debent. Et nos pro officio  
& illi & nobis præstito, vicissim nostra studia  
grato animo pollicemur ac deferimus. Ac ne  
quis de hac nostra erga ipsum voluntate dubita-  
ret, nostris proprijs Annulis obsignatorijs has  
Literas communire voluimus. Datę Gœppin-  
ge 21. Decembri, Anno millesimo quingente-  
simō quinquagesimo septimo.

Jacobus Andreæ D. Ecclesię Gœpp-  
pingensis Pastor Superintendens ge-  
neralis s̄t.

Lucas Osiander Diaconus Ecclesiae  
Gœppingerensis scripsit & subscriptus.

Propterea quod hisce duobus viris de Eccle-  
sia Christi bene meritis cohabitauerim, Osiand-  
ricus sum à nonnullis habitus. Et non dubito  
me iisdem iam ab aduersarijs grauiter delatum  
esse, tamen Altissimo iuuante ipsorum cōmenda-  
tioni satisfacere studebo, speraboq; quod me in-  
auditum non sint damnaturi. Atq; hos pre alijs  
volo censores ferre meæ Doctrinæ. Atq; miror  
valde, cū haecenüs Vvitebergici appellati sint

Osiandrici : nunc, hisce relictis, Calvinistæ vo-  
centur Osiandrici. Qui iam non omnia credit  
esse vera, quę Promotores & Censores illi dicūt  
de Zuinglianis , Osiandro', Suenckfeldio , il-  
lum oportet esse Zuinglianum, Osiandricum &  
Suenckfeldianum.

Anno 58. Aduersarius Heydelbergæ scripsit  
Catalogum Academiarum Euangelicarum , ibi  
difficulter obtinere potui, vt Tubingam annu-  
meraret Academijs Euangelicis. Nam multoti-  
es interrogauit, An esset pura Academia.

#### 4. Testimonium Coniugij mei.

Ego Dominus Creberus Parrochus et Specialis  
Superintendentis Ecclesię Marpachensis, propria  
hac manu mea testor, honestum hunc Iuuensem  
Vvilhelnum Klebitz Ecclesię Baccauensi fide-  
liter & diligenter inseruissę, & ibidem Mariam  
Iacobi Saurerij pię memorię , Verbi Diuini o-  
lim Präconis in Erbsteten synceri , consentien-  
tibus Parentibus & Amicis , pro consuetudine  
& more Ducatus nostri, Puellam in Vxoremle-  
gitimè duxisse , Dieq; vigesimo octauo Mensis  
Augusti Anri 55. Nuptias suas ritè celebrasse.  
Atq; vt his oībus indubitata esset fides, hasce Li-  
teras consueto & proprio meo Sigillo cōsignauı,  
quę datę sunt Marpachie 23 die Aprilis Anno 56.

Valentinus Vannius e' usdem Circuli  
Superintendentis Generalis prædictis  
omnibus subscripsit propria manu.

Iacobus ille Saurerius Parens meę Coniugis  
Bauarus fuit, & ppter cōfessionē Euāgelij re-  
licta Patria, profectus est in Vvirtebergensem  
Ducatum, vnā cū Coniuge, cui multis annis in-  
seruīt fideliter. Cumq; tempore Belli Smaleal-  
dici, maximam rerum suarum iacturam esset  
passus, obiens Anno 53. reliquit Vxorem  
pauperem cū sex Liberis, eius Filiam vbi habui  
per annum, Mater quoq; obiit honestissima Ma-  
trona: Ibi mihi reliqui Pupilli fuerunt alendi, &  
tā diu alui de meis, donec ipsi honestis viris in-  
seruire potuerint. Iam vero exilio meo misere  
dissipati, diuersis in locis degunt, neq; Cognatos  
neq; Amicos habentes. Tibi igitur illuſtriſi  
me Dux Vvirtebergensis honestos Pupillos ex  
honestissimis Parentib. in Regione tua legitime  
natos, cōmendo, te quoq; Valentine Vanni, tan-  
quam tutorem officij admoneo, vt legitimā Li-  
beris ex paternis bonis ordinari cures.

## 5. Testimonium Academiæ Basilensis.

Huldricus Hugobaldus Ordinis Philosophici,  
in alma Basilensi Academia Decanus, vna cum  
reliquis eiusdem Ordinis Consiliarijs, omnibus  
& singulis hasce Literas inspecturis, Salutem in  
Domino. Recte atq; utiliter factum est a maio-  
ribus, vt qui ad alienos proficiscerentur Adoles-  
centes, Iuuenes studiosi, Præceptorū Testimo-

nijs suorum, quo ad eius fieri posset, ornati ma-  
nitiq; discederent. Nam ea ratione vtrisq; con-  
sulitur, tam Adolescentibus ipsis, qui ex eo cō-  
mendatores ad exteris reddantur, tam ijs, ad  
quos eos peruenire contigerit, vt sciant quos ac-  
cipiant, quosq; muneribus p̄ficiant, aut muneri-  
bus afficiant. Sœpe enim hic peccatur, dum ali-  
qui inconsulto quoscunq; sine idoneo Testimo-  
nio admittunt, non sine magna non solum Scho-  
lastica, sed & Ecclesiæ Ciuitisq; reipublicæ ple-  
rūq; iactura. Quamobrem cum in Philosophia  
melioribusq; Literis non vulgariter eruditus, &  
magnæ expectationis, ob ingenij singularem ad  
Literas fœlicitatē, Iuuenis Gulielmus Klebitz  
Brandenburgensis, pro cōsuetudine Almae no-  
stræ Scholæ, Testimoniū sibi dari peteret, visum  
est hisce Literis, oībus & vniuersis testari, hunc  
Gulielmum Klebitz Brandenburgensem in no-  
stris Scholis & Disciplina, p aliquot menses, vt  
vere studiosum decet, honestè vixisse, & Lite-  
ris melioribusq; Artibus operam nauiter fœli-  
terq; dedisse. Quamobrem obtestamus omnes,  
cuiuscunq; ordinis, gradus, aut conditionis sint,  
vt hunc Gulielmu Klebitz, ad Philosophiæ ho-  
nestissima studia natū, & doctum Iuuenem ho-  
nore quē meretur, afficiāt, eoq; fauore & amo-  
re, quo decet in Philosophia progredi cupientē,  
cōlectantur, et vt in suis cœptis studiis perseue-  
rare & pergere possit, iuuēt omnibus modis, co-  
gitantes quam latè in hoc genus ingenij fœlici-

bus Literarum meliorum usus pateat, qui enim talia ingenia promouent, non vni sed plurimis, quibus præficiuntur aliquando, profunt.

Nos vicissim idem studium & industriā gratitudinēq; animi erga omnes alios, si vñquā occasio oblata fuerit, pollicemur: Pro huiusmodi honestis officijs à Deo optimo maximo pmi- um sine dubio reportaturi sunt, quicunq; bona fide & in amore timoreq; Domini, tales Iuuenes studio & dilectione prosequuntur. Quorū omnium ne esset dubitata fides, has Literas, per iuratum Academiæ nostræ Notarium scribi, & Decanatus nostri Sigillo cosignari fecimus, quæ datæ sunt 22. Die Aprilis, Anno 1555.

Nicolaus in Hof Academiæ Basiliensis Notarius iuratus /  
J. B.

Atq; huius Testimonij tāta fuit authoritas, vt finito publico Examine, optimū Diaconatum qui est in terra Vvitebergensi Consiliarij Ecclesiatici mihi concesserint.

Facultas quoq; Theologica Basiliensis, in qua sunt clarissimi viri Præceptores mei colendissimi D. Martinus Borraius, D. Vvolfgangus Vveissenburgius, Simon Sulcerus, post dimissionem illustrissimum Electorem rogarunt, vt errores Doctrinæ meæ mihi nominarentur à Theologis Palatinis. Sed quia nulli sunt nominati, nullos ipsos nominare posse existimo.

Studui quoque per biennium Vvitebergæ,

functus ibi officio Famuli apud honestos Studiosos : quomodo ibi me gesserim, testimonium ferent, Parrochus in Osthofen , M. Casparus, & M. Basilius Romanus, & Iohannes Hofmannus Parrochus Dalshemianus : nam his inferuii & cohabitaui.

## 6. Testimonium Senatus Brandenburgensis.

VVir Bürgermeyster vnd Rathmanne der alten Stadt Brandenburgk , bekennē vnd thun kunt mit diesem vnseren offenen Briefe fur iedermenigliche, wes standes, wirdens, oder wesens die sein, so den selben sehen, horen oder lesen, das fur vns heut dato insitzenden Ratstuell erscheinē sein die fursichtige Stephan Schroder, vnde Dictus Grentzel, in wsonere des Fleckens Namitz , anderthalbe meyle von hina gelegen, vffrichtighe vnd zeuchwirdige leute, vnd haben öffentlich an aydes statt, mit erpietungk der geburlichen volge, wan es von noten, bekant vnd aufgesagt, das der wurdiger vnd wolgelerter VVilhelm Klebitz gegenwertiger Bryff zeyger, vō Gera trudt Notens seyner naturlichen ebelieplichen Mutter, vnd VVoiff Klebitz seynen naturlichen ebelieplichen Vatter, daselbst im Flecken Namitz, in eyzen rechten, echten, vnd vnuerruckten Ehebette, recht echte vnd ebelich gezelet vnd gebore sey, rechbar Deutscher vnd keyner Vendischen oder verlumpten arth , von Vatter vnd Mutter. Vnde das sich berurte seyne Elterē ihe vnd immer ehrlich vnd

auffrichtligk, als ebeliebenden Leuten geziemet  
vnd wol anstehet, erzeigt vnd verhalten. So  
vil aber ihren Son, Bryffzeygeren belanget, ist vns  
obberurten beyden Zeugen, vnd sonst meniglichen  
woll bewurst, das er sich von iugent auff gegen seyne  
Elteren, Praeceptoribus, vnd yederman gehorsamlich  
eingezogen, erbarlich vnd fromlich, vnd in seynen  
Studijs steyssigk erzeigt vnd verhalten, vnd durch  
Gotlichen zegen so vil studirett vnd gelernet hatt,  
das er nu mher der Kirchen vnd Policyen nutzlich  
vnd dienstlich sein kan. Vnde bitten demnach alle  
sampt vnd ieden in sunderbeyt freundlich, wollet in  
seyner ehrlichen geburt, der Elteren, auch seynes  
aigenen tugentlichen wesens, wandels, vnd gaben,  
damit in vnsrer Her gott reichlich begabet hat, ge-  
nißlich entfinden lassen, vnd geburliche hulffe, furs-  
schut vnd furderung thun vnd erzeigen. Das wolle  
wir neben ime, vmb eynen yeden nach erheisschung  
seynes standes, freundlich vnd willig verdienen.  
Vrkundlich mit vnsrem anhangenden Insigel besig-  
gelt vnd geschehen am heyligen Pfingstabende, Im  
Iar nach Christi vnsers Seligmachers geburt, tau-  
sent, fiumf hundert, vnd Sechs vnd funftichsten.

Simile Testimoniū legitimi Thori dedit mi-  
hi virtutibus vere nobilis vir Michael Hap de  
Hapberg, qui est Praefectus Patriæ meæ.

Fui quoq; in Patria mea Discipulus Gode-  
schalci Pretorij, viti celeberrimi Saltwedliæ per  
biennium: quomodo sub ipsius Rectoratu me

gesserim, ipse testari viuus poterit.

Artem Dialeticam Stendalię fœlicissime me docuit præclarus vir M. Lorentius Hammerus.

Quale Testimoniuū mihi dederit clarissimus Theologus Petrus Martyr, qui Præceptor meus fuit Argentinæ, testantur Literæ scriptæ ad prudenterissimum & doctissimum virum D. Iacobum Schutz, Electoris Palatini Consiliarium fideliſſimum.

7. Testimoniuū Iohannis Flinneri,  
Pastoris Argentoratensis, datum mihi post  
dimissionem Mense Octobri

Anno 58.

Zu Heydeberg in kurtzer frist  
VVie volgt leyder ergangen ist,  
Ein vnerhort wunderlich dingk  
Das halten nyemant kan fur ringk  
Das ich ohn falsch will zeygen abn,  
Bitt es wols horen yederman :  
Ein Diacon aus Merkerlant,  
VVilhelmus Klebitz war genant,  
Bey fulcher Vniuersitet  
Sich woll zu beffren fur in het.  
In der Scholen er vbt sich oft  
Ein ehren gradt dardurch verhofft.  
In der Kirchen in Rhue vnd still  
Sein Ampt verricht fur leuten vill,  
Die er teglich im abent gbett  
Vnde sonst mit frucht erbauen thet

Nun war auch dar ein Doctor gross  
Tilman Heshus den viel verdroß,  
Vnd weil er zwar der Oberst war  
In allen woltz allein sein gar,  
VVie ehr es macht, das muß sein recht,  
Alles von im wart sonst gesmecht.  
Nun tregt sich zw wie oft geschicht  
So ehr horet anderer bericht  
Das nit VWilhelmus kan so schlecht  
Im flux in allen geben recht.  
Des anfang ist also geschafft,  
Do Flinnerus die Bilder strafft,  
Die das Churfürstlich Grab so new  
Sampt dem so kostlichen Gebew  
VVolt in die Kirchen furen ein,  
Mit ergernis der Christen Gemein.  
Der Churfürst selich fragen thett  
Den Doktor, ob er das macht het,  
Mit Bildren vnd Figuren schon  
Sein Grab dabin zu setzen lohn?  
Tilman sagt: Ja, rumetz auch sehr,  
Sprach, das es oft geschehen wber  
Von Vettern hoch vnd VVeysem frumb  
VVelch sehr berumpt im Christentumb.  
VWilhelmus sprach: Was er anzug  
Mit diesem Grab, het wenich fug.  
Die vmbstent hie vill schwerer wern  
Vnd grosser ergerniß gepern  
VVolt vnderschreiben nicht, vnd macht  
Das man endert, vnd baß bedacht

Der Bilder etlich, vnd verth an  
Den Flinner nit so hoch zoch an,  
Doch ist bey vilen gwiß die sag,  
Das Flinner biß vff diesen tag  
Zw Heydelberg wer, vnd mit gut  
Vvurt die Zerruttung han verhutt,  
Vvien mans in der Begrebnis fachen  
Mit im nit heit zu vill thun machen.  
Mit Bernhart Herxammer gings auch zw,  
Den Dienern macht es vil onrue:  
Dan do man schriftlich solt die reth  
Vvie mans mit im befunden het,  
Berichten vnd war zeigen an,  
Mischt darin Doctor Tileman,  
Vil andere dingk, dauon auch nibe  
Mit im geredt war worden ihe.  
VVilhelmus anzeigt bie fur allen  
VWas im sehr that missfallen:  
Die andren theten Protestation,  
Vff das sie kiemen balt dauon.

Hæc Carmina cōposuit Iohannes Flinnerus,  
cum essem Argentinæ apud illum, per duos in-  
tegros dies, post meam dimissionem, ea misi Se-  
natui Heydelbergensi. Scriba vero suasit afferi  
Electori, ea fretus spe illa mihi futura nocumēto,  
sed frustratus est spe sua Sutor vltra Crepidam.

Hæc Carmina ideo adieci, vt appareret ca-  
lumniā aduersarij vanam esse: qua inquit, eos  
Aulicos esse parasitos, qui meæ Doctrinæ adhe-

rent. Nam ipse vere aulicus fuit parasitus, quādo Contionē Flinneri de nouis Imaginibus ijsq; impudicis reprehendit & dānauit. Nam erat summum scandalū, quod eiusmodi Meretriceę Imagines, in loco Summi Altaris debebāt collocari, cum Imagines Sanctorū nuper essent expulsae: Et Monumentum Friderici Electoris ne Lapillis quidem esset tectum. Recte sane dixit Flinnerus: *Man hat die alte Teuffell wegk gethā, und man wil die neuen Teuffell wider bereyner furen.* Hanc adulationem reprehendit præsens Elector, in eo dum Flinnerum reuocauit. Hæc adulatio in Tilemanno & parasitis tantū fuit scelus, quod omnes digni essent publica excommunicatione, si disciplina Ecclesiastica esset in usu.

## Quædam Notabilia.

1. Ecclesię Helueticę intercesserūt pro me apud Electorem Palatinum, vt restituerer in integrū. Tilemannus me vocauit Caluinistam. Stephanus Cirlerus dixit me omnia voluisse agere Helueticę: Ergo confessio mea non aduersatur Tigrinæ Ecclesiæ.
2. Pantaleon nondum publicè dixit, me ne an Tilemannū nominarit falsum Prophetam. Erasmus Pantaleonē sœpe vocauit Fatuum & Nebulonē. Balduinus aliquoties dixit: Pantaleon est malus homo. Erasmus male & pessime audit, quod interim tantum familiaritatis inierit cum Pantaleone. Tilemannus vocauit eū pessimum

proditorem veritatis. Quando Casparum accusavi, ut tergiuersator, dixit, hanc accusationē nō pertinere ad Senatum Ecclesiasticum. Ergo recte feci, quod sine Testibus cum ipso reconciliari noluerim.

3. Aduersarius meus gloriatur, quod possit confundere suos Collegas, coram toto mundo, quia nimirū subscripterint sibi semel omnes, iam vero damnetur ab omnibus. Resp. Hac confusione Aduersarius mihi parit gloriā, quia nimirū conuicti veris argumentis, mēā causam meliore vident esse, Deinde ego habeo Testimonium Facultatis & Vniversitatis, vter iam est beatior? Nam Academiam non pudet mēae causē: tuos parasitos pudet tuae causæ. Quid tibi nunc vide tur Heshūsi?

4. In quietiss. Imp. Ferdinandus clementior fuit ijs, qui in Vvormatiensi Colloquio audiendos primo censuerunt Helueticas Ecclesias, quā illis qui voluerunt eas inauditas damnari.

5. Angli à Papistis tantum sunt ex patria pulsī: Sed à Lutheranis ex varijs nationibus fuerunt pulsī. Ergo Lutherani Papistis crudeliores.

6. Lutherani scribunt Hæreticos esse cōburendos: & dicunt Caluinistas esse Hæreticos: Ergo ipsi sunt illi, qui sententiam Sanguinis ferunt iniquam, de captiuis Christianis in Anglia, Italia, Gallia, Inferiori Germania & alijs in locis. Papistæ tantum sunt hic Carnifices.

7. Heshūsius eos vocat homicidas conscienti-

arum, qui per indignos **i. Corinth** 11 nō intel-  
ligunt solos Infideles. Ergo Dillerus, Agricola,  
Flinnerus, sunt homicidæ conscientiarum: Nam  
illi locum Pauli sic exponunt.

8. Concordia anno 36. Vviteberge composita,  
inquit ab indignis edi Corpus Christi. Sed Bu-  
cerus in Epist. ad Seneppium narrat, quod per  
indignos Theologi ibi non intellexerint prorsus  
infideles.

9. Aduersarius cordatè & solidè demonstrat,  
quod soli infideles sint habendi indigni.

10. Dillerum Protestantibus & subscribenti-  
bus ideo non cōumerauit, nam is exhibuit tan-  
dem protestationem suam, antequam Diabolus  
eam extraxit ex finu.

11. Elector vocauit Vvolfgangum Musculum  
in professorem, retinet in officio professorē Bo-  
quinum presidem disputationis meæ. Precep-  
tores Domus Sapientiæ fauent Tigurinæ Ec-  
clesiæ Doctrinæ de Eucharistia, Elector ipse di-  
dicit Religionem ab Affine suo Georgio de Er-  
pach comite generosissimo, & iste fauet Doc-  
trinæ Tigurinæ de Synaxi. Ergo satis appareat,  
cui parti faueat Elector illustriss. Palatinus.

12. Elector mihi abeundi dono dedit viaticum,  
& post dimissionem dimidij anni Salarium: Se-  
natores quoq; Ecclesiastici Coniugi & Liberis  
voluerunt prospicere de habitatione, donec nā-  
eiscerer certam alicubi conditionem. Liberum  
quoque fuit, quandiu voluerim, Heydelbergæ.

meis sumptibus cōmorari. Tilemannū vero Se  
natores Ecclesiastici tanq̄ focum incendij, volu  
erunt expulsum, intra certum tempus, & tan dē  
quando voluit abire cū suo Petro, fuit arresta  
tus. Ergo Elector mihi clementior fuit quam  
Aduersario.

13. Iohannes Brentius Vvormatiæ noluit con  
demnare Tigurinos. 2. Brentius hat auch vnder  
schrieben dem Franckfordischen abschit. 3.  
Vinariae voluerūt Saxones cōburere Cateche  
sin Brentij. 4. In Marchionatu Badensi vo  
luerunt condemnare Brentianismum. 5. In  
causa Osiandrica Brentium Saxones vocat Co  
thurnicum. 6. Tilemannus Brentium, prop  
ter bellum Grāmaticale, vocauit insulsum The  
ologum. 7. Si hoc verum est, inepti sunt ad  
uersarij, quod ad Brentium, tanquam ineptum  
patronum confugiant. Apparet quoque Bren  
tium iam esse mitiorem & benigniore huic cau  
ſe, quam tunc fuit, quādo suaſit Otthoni Hein  
rico, vt sibi caueret a Martyribus, Muribus, &  
Glyribus.

14. Editus est Libellus de Eucharistia à Iaco  
bo Andree, hic Liber dedicatus fuit Matri Duciſ  
Vvirtebergensis: sed illa remisit. Dedicatus fu  
it Ottoni Heinrico, sed huic quoq; displicuit.  
Bullingerus laudat istum Librum, propter mo  
destiam & spiritum lenitatis in forma tractatio  
nis. Caluinus scribit Iacobum idem sentire cū  
crassis Lutheranis. Brentius ob Praſationem

ſixam à Saxonibus vocatus eſt Zuinglianuſ. Iacobus Andreæ fatetur ſe velle cū Lutheruſ ſedere in eodem ſcāno. Eodem tempore edituſ eſt doctuſ & piuſ Liber Adami Christiani ſubſcriptis Literis tribuſ I. A. G. quia aduersatur Iacobo Andreę Gœppingensi, & eſt scriptuſ à Iohanne Anafiaſio Geldriensi.

15. Veri authores turbę Palatinę ſunt. 1. Subſribenteſ & Protestanteteſ Theologi. 2. Gratulanteſ & cruciſigēteſ. 3. Viri præcipui. 4. Poliſpragmonici Hyperepiſcopi, qui Tilemannum contra me incitarunt. 5. Heshuſiuſ, nam iſ antea quoque duas turbauit Eccleſias. Rofochiani voluerunt contra iſum iñſtituere actioñem iniuriarum, ſed Palatinuſ Elector pro iſo interceſſit, huic ut gratiam referret, etiā Palatinatum perturbauit: poſtq̄ dimiſſuſ eſt ab Elec‐tore, etiam Bremę motuſ concitauit: neſcio ubi iam nouam parturiat turbam. Ego antea trāquillē iñſeruii Eccleſij Vvirtebergicis: quod Heydelbergę vixerim trāquillē, teſtatur Flin‐neruſ, qui mecum diu fuit in Ministerio.

Postquam dimiſſuſ fui, nullam Eccleſiam tur‐bauit. Antequam deceſſi Heydelberga, rogaui Senatum Academię, vt, ſi quis me poſſet autho‐reim turbę cōuincere, me ut authorem turbę pui‐nireat: ſed nullus fuit qui iſ uide facere po‐tuit. Post meam dimiſſionem continuę fuerunt tur‐be Heydelbergę: quis quaefo illarū eſt autho‐r.

16. Multi dicunt me bonam cauſam egisse peſ‐

simè. Resp. 1. Hoc dicunt homines pessimi,  
qui suis malis consilijs mihi imposuerunt. 2.  
Homines ignari Historiæ, qui nesciunt quomo-  
do res sit gesta.

17. Dicunt alij, me non obsecutum bonis con-  
silijs. Resp. Fateor ex parte. Nam diuersissimi  
mihi fuerunt consiliarij. Vicinus meus D. Pe-  
trus Lotichius Poeta Germaniæ bene consul-  
it, vt mature peterem consilium à Senatu Acade-  
mie, & vt cauerem mihi à cōmensali Erasti Ro-  
stio, quando publice coram plurimis hominibus  
in Templo Cunium mendatij accusauit. Quan-  
do Tilemannus prohibuit mihi, ne legerē pub-  
licē, Balduinus consuluit piè, vt consulerem Se-  
natū Academiæ. Sed istud dissuasit planè Era-  
stus. Quando Casparus post datum Electoris  
Mandatum, cōtra Mandatum publicē in me fu-  
it iniurius, volui eum accusare coram Cancel-  
lia, sed istud dissuasit Cirlerus.

18. Tertiio Die Mensis huius Septembris An-  
ni 60. impressa est Confessio Bremensium Con-  
tionatorum contra D. Albertum Hardenburgi-  
um. Sed ne cōmoueantur pij, hæc diligenter no-  
tent. 1. Multa in ea vocari Hæretica, quæ sunt  
Euangelica. 2. Quinq; esse Contionatores  
Bremæ p̄ter Albertum, qui non subscriperint  
Confessioni editę. 3. Contionatores Bremé-  
ses aliam habere Confessionem Augustanam, q̄  
Tilemannus habet. Nam Bremenses aliter citat  
quā Tilemannus. 4. Iniurios esse ipsos in Al-

bertum: Nam Albertus non docet Panem esse  
Corpus significatum, sed Panem Corpus signifi-  
cans esse asserit. Scholaftici in Schola Bremensi  
sciunt aliud esse actuum & aliud esse passuum.  
5. Contra Scholafticos Scholæ Nicrinæ docent  
IN & CVM esse aequipollentia. 6. Contra  
Scripturas in Symbolo per Dexteram Dei, tan-  
tum Omnipotentiam Dei, & non simul locum  
Beatorū intelligunt. 7. Cum Tilemanno pro-  
uocant ad Articulos Smalcaldicos & Agendam  
Ecclesiasticam. 8. Separant se à Calvinistis &  
Tigurinis. *sindt inen so feindt, das sie inen zu leydt  
mochten aus den Himmel bleyben.* 9. Contra Ti-  
lemannum docent, quod Paulus Christi corpus  
Act. 23. in Tentorio Ierusalimae viderit in ter-  
ris. 10. Ciues pij, qui Bremæ sunt, magis fa-  
uent Alberto quam reliquis Aduersarijs.  
11. Vana est obiectio aduersarij, quod ipso ab-  
sente disputatione de Synaxi. Quia cùm reuerso  
scriptis agere volui, ipso absente disputatione  
contra Tilemanni Doctrinam Balduinus. 1. Q ui  
essent dicendi Hæretici. 2. Et quomodo puni-  
endi Hæretici. Absente Aduersario disputatione  
Vnicornius inepte de Libero arbitrio, de differ-  
mine Legis & Euangelij: docuit Gratiam non  
esse totaliter, sed tantum principaliter causam  
nostræ conuersionis: docuit poenitentiā imme-  
diate venire ex Contione Euangelij. Sed cōtra  
hoc nihil ausus fuit tentare Tilemannus: Nam  
Lupus metuit Leonem. Et Hypocritici isti Hy-

perepiscopi Vvislochianus & Neustadianus, cōtra hos non ausi sunt inflammare D. Tilemanum. Sed ebrij oculi non omnia vident.

20. Quarto Die Augusti Anni 59. Comes Georgius de Erpach fere eadem hora fuit excommunicatus a Tilemanno & parasitis simul ante Januam, & eadem hora fuit absolutus a parasitis, et excommunicatus a solo Papa. Ibi Tilemannus condemnavit confessionem Comitis, quę fuit Christiana diiudicata à Theologis wortatiensis colloquij i. Ibi omnes Parasiti Papae mendatij sunt insimulati a Comite. Et Comitis confessionem foris cotta omnes solus Christianam agnoui.

21. Aduersarij festucam in oculo alterius vident, trabes in suis oculis non animaduertunt. Quis est ille Dominus de Berga, qui in domo ea, ubi Cranea defunctorum collecta erant, parauit mensam pro hauriendis Vini Nicrini poculis? Quis est ille, quem Herxamerus dixit, plus habere Vini, quam Spiritus Sancti? Quis est ille qui Vino inebriatus, corā Iuuentute stupra sua iactauit, & reprehensorem pugione cōfudit? Quis est ille, qui tam Christiane se gessit Montis Peligardi? Quis est ille, qui toties a Cunio & Velsio Nebulo vocatus, quem vulgo vocant das Hippemenlein? Tacete & pœnitentiana agite perfidi proditores, aut Elector vos omnes ejciet ex statione vestra, sicuti Papam vestrum, quem nefariè adorastis.

22. Pantaleon in gratiam Erasti quæsivit sanguinem Tilemanni. Et Scarabæus in gratiam Pantaleonis (nisi fallor) similiter quæsivit sanguinem Gulielmi. O osculum Iude.

23. Mandatum 9. die Septembris datum, non tantum à Tilemanno, sed magis, sc̄opius, & citius fuit violatum à Parasitis Tilemanni. Ergo non intelligo, quod multi dicūt, ppter trāggressionē illius Mandati, Tilemannum esse dimissum solummodo. Imo etiam propter malam Doctrinam dimissus est: *Es ist nicht notich, das man also mummelt.*

24. Tilemannus 30. Augusti dixit Senatores quosdam Vrbis esse deteriores Ethnicis, ut qui annis aliquot non communicassent. Postea Senatores pro ipso ex consilio M. Heintzici intercesserunt pro restituendo Tilemanno. Elector respondit se mirari, quod sibi & suis consiliariis non tantum tribuerent prudentiæ, quod intellegent, quæ essent ex v̄su Reipublicæ & Ecclesiæ. Promisit illis si possent probare causam Tilemanni bonâ esse, se velle ipsum restituere in integrum. Sed Senatores illi nondum probarunt: ergo non est restitutus.

25. M. Casparus Naserus publicè ditebat: *Der Teuffel mit der eynen gestalt ist aus der Kyrchē getrieben, itz kumpt ein ander Teuffel, der wil uns die Substantiam Cœne stelen.* Interrogauit M. Casparum, an ille Diabolus esset virus ex Ministris, an ex professoribus vel auditorib. Sed

nihil respondit; verum Literas Papæ attulit.  
Casparus putat phantasias suas esse substantiam  
Synaxeos. Idem falso docuit. Quod Diabolus  
semper reliquerit essentialia in Baptismo. Id  
est falsissimum. Nam Arriani sustulerunt Essen-  
tialia. Idem faciunt hodie quidam Anabaptiste,  
qui negant mysterium Trinitatis. Act. 19.  
Viri duodecim sunt rebaptizati: quia nescierunt  
esse Spiritum sanctum, & habuerunt Iohannem  
loco Christi. Errarunt igitur in substantia Bap-  
tismi: ideoque prior Baptismus pro nullo fuit  
habitus.

26. Recte reprehendi aduersarios, quod locū  
Baptisterij ferrent manere in angulo, vbi Canes  
& ebrij mingunt & vomunt. Circa locū Bap-  
tisterij Heydelberge non minor fuit fætor, quā  
alibi circa Cloacam.

27. Mercurius primo laudauit disputationem  
meam, ea ob causam Zwingianus fuit vocatus:  
hanc maculam vt abstergeret, scripsit mihi pro-  
lixum scriptum, promisit se mecum solo acturū,  
vbi accepit responsum, attulit istud Papæ cōtra  
datam fidem, vt ita noceret mihi, & gratiam ini-  
ret apud Papam.

28. M. Heinricus Scriba etiam primo dispu-  
tationem mihi obtulit, inquiens: *Ihr muß mich  
bekeren, oder ich muß euch bekeren.*

29. Multae tractantur quaestiones: sed illae  
omnes ab alijs primo fuerunt motae. Et plura  
restant Mysteria: Rogate Deum, vt illa quoque

vobis communicare possim: Haec interim bo-  
ni consulite.

30. D. Chrystophorus Probus probè dixit:  
*Es ist ein schande, das die Principes den Iudeis  
Hospitium geben, vnd solche, welche Zuinglianū  
genandt werden vertriben.* Idem solus  
ferè misertus meæ fortunæ, voluit conditio-  
nem offerre, si potuissēm expectare mortem  
alterius, qui aegrotus adhuc fuit in Officio.

31. D. Christophorus Ehemius solus fere dix-  
it, Me esse confessorem veritatis.

32. Non est mirum, multos in Ecclesia illa  
alienari à me, quia liberum est singulis quæ-  
uis de mē mendatia spargere. Et mihi non con-  
tingit audiri.

31. Mentitus est Cunius, quando docuit,  
Zuinglium a Luthero Marpurgi primo didi-  
cisse, Spiritualiter à nobis manducari Carr-  
nem Christi. Nam Zuinglius istud nunquam  
negauit.

32. Magister Aulæ tempore afflictionis meæ,  
aegrotauit,

33. Aduersarius meus me contulit Arrio, &  
tali Diabolo, qui non modo Heydelbergam,  
& Palatinam Regionem, sed totam Germani-  
am sit seducturus. Purget is se ab Arria-  
nismo, & faxit Deus, vt haec pia de Synaxi  
Doctrina doceatur per totam Germaniam.

34. Stipendiarij sunt supplices facti pro Tilemanno: quia per ipsum ex Sacculo Electoris acceperant Pecunias. Nam Aduersarius fuit valde liberalis ex alieno Sacculo. Et redeuenti Aduersario, Stipendiarij famelici sunt gratulati.

35. Heshusius suas Contiones imprimi curauit, & dedicauit precipuis Aulicis, ita sibi illos voluit comparare Patronos.

36. Heshusius circa initium Ministerij sui, Mandatum publicari curauit, quo vetabatur, ne ullus Spetialis ullum Ministrum vel dimitteret vel reciperet: Sed haec omnia sibi deferri voluit.

37. Scriba & Mercurius à Tilemanno sunt precipui viri appellati: Ergo non est mirum, quod pro ipso sunt supplices facti.

38. Heydelbergæ quando baptizantur Pueri, solent Ministris dono dari quaedam Pecuniae. Extitit igitur hinc contentio inter Parrochum & M. Casparum: Nam Casparus conquerebatur, Parrochum baptizare Filios, & Liberos Diuitum: Pauperes vero ad se remitti. Ordinata fuit Pixis, in qua quisque collocaret Pecuniam, vt postea diuideretur aequaliter. Sed hinc factum, vt alter alterum accusarit furti, quasi non fideliter repositae fuerint Pecuniae. Tandem contigit,

vbi Cunius Parrochus solus plerosq; baptizauit Liberos: Casparus vero ab Equo ad Asinum promotus, & ex Urbano Suburbanus Diaconus creatus fuit: inuidit Casparus Cunio tam pinguem bolum, & publice docuit, non esse sumendos Nummos circa Baptismum, cum ipse tamen integros Daleros sumpserit quandoque. Talem contentionem aluit Heshusius: Nam nō voluit ferre, vt ipse quoq; alternatim cum Casparulo baptizarem Pueros per Septimanias: Nā pultem ita Liberis meis furari voluit. Et nouit Parasitum suum libenter edere Gallinas.

39. Heydelbergæ Calendaria Tiguri impressa vocantur etiam Zuingliana.

40. Ornatisimi viri, si sciatis à me aliquid in hac causa vel alia cōmissum, propter quod debeam à vestra Ecclesia dep̄cati veniam, paratus sum id facere: Nam omnes Dei gloriam nostro honori præferre debemus. Doleo autem ex animo, sanctum illum Cœtum, qui me tantopere amauit, ita hominibus indoctis turbari. Deus illos breui turbabit omnes, is me Exulem consoletur. Estote etiam mēmores Familiæ meæ.

41. Heshusius D. Stephanum Syluium vocauit simul Zuinglianum & Papistam: Papistam, quia fuerit Pastor Lewardiæ: & quāuis ipse ad tēpus nō missificarit, tamē haberet Vicarium, & futurus sit Groningæ Pastor, vbi plurimi essent Sacrificuli. Syllius respondet, se Lewardiæ Superstitiones Pontificias nō approbasse. Negat

se habere Vicarium Missificum, negat se vñquā posthac Missam Papisticam celebraturū. Hes-  
sus probare actionē suā non potuit, ideoque  
promotus fuit Sylvio.

De Sylvio diligenter inquisui: Sed omnes  
pij qui sunt Groningē dicunt, quod ipsum nun-  
quā viderint celebrare Missam. Celebrant eius  
pietatem plurimi, qui eius ope ex carcere & vin-  
culis liberati. Commendatur eo nomine incli-  
tus Senatus Groningenſis, quod in tanto Religi-  
onis dissidio sanguinem Christianum non effu-  
derit. Multi quoq; in illa celebri Vrbe pij dete-  
stantur Missæ Idolatriam.

42. Pleriq; qui Groningē habitant, credunt:  
*Das Godt kunne Menschen machen: sie gleubē aber  
nicht, das ein Mensch kunnen eynen Godt machen.*

43. Quarto die Auguſti Anno 59. duo simul  
mihi mortui sunt Liberi, cumq; me cōſolari de-  
berent Generalis & Spetialis, grauissimam ac-  
cusationem instituerunt contra me. Tileman-  
nus enim accusauit me, quod docuerim, Gene-  
ralem etiam debere esse inspectorem Disciplinę  
Catechisticae. Spetialis vero, quod docuerim,  
a Spetiali etiam Aegrotos debere visitari.

Etiam non deduxerunt funera: ego tamen ad-  
fui Funeri, quādo Proles Aduersarij obijt.

44. Pantaleon ſc̄epe rogatus fuit, vt miniftra-  
ret Mensae Dominicæ: sed conqueſtus est ſeſe  
eſſe aegrotū, ideoq; non posſe id facere. Quan-  
do vero iuſſus fuit, mihi eripere Calicem, tunc,

testimonio ipsius Stephani Cirleri, saltauit ut  
Hircus : nam ascendit mortem Cancelariae , &  
rogauit, num id facere sibi liceret.

45. Post abitum Flinneri, Generalis & Speti-  
alis etiam certarunt de Paradiso, sicuti Agricola,  
Grænerus , & Casparus de Pastoratu , & ijsdē  
vitijs obnoxij fuerunt, quae mihi voluerunt af-  
fingere.

46. Quid tibi feci Erasme Minquiti , quod  
mihi Conterraneo tuo ita aduersatus fueris?

47. Quare me accusatum non audisti nobi-  
lissime vir Erasme de Pfenningen ?

48. O quam felix fuit Dei Filius , qui inter  
suos Discipulos proditorem vnum habuit.

49. Proditor Matthias proditori Tilemanni  
tradidit Carmina Gulielmi.

## Corollarium.

1. Lutherani dicunt interficiendos Hereticos,  
& non interficiunt Papistas. Quidam Zuingiani dicunt interficiendos Hereticos, & non interficiunt Lutheranos: Das kan ich nit begreyfa fenn. VVen iede oberkeyt thun solt, was ieder Lerer sagt, so musten sie alle tag menschen metschen.
2. Des Bapstes stull ist nimmer letich, wen eyner abgestossen ist, so setz sich ein ander Bapst darauf.
3. Brentius hat vom Nicolao Gallo gesagt, Er stiege in der Superstition drey staffel hoher den die Papisten.
4. Do Christus die Pharisäer vnd Schriftgelerte straffet, wart er gezeugt, so ich den neuen Papisten die warbeyt gesagt, han sie mich auch gezeugt,
5. Ich hab Heydelberge zwischen vilen leuten frid vnd eynigkeit gemacht, Auch im anfangk meynes Kirchen Dienstes, den streit vom Chorrock vnd Bilderen gestillet.
6. VVen die zu Heydelberg solte erfahren, wie die Buben mit mir gehendelt, so wurden sie mich lieber haben den vorbr.
7. Meyn Bucher sein alle zu Heydelberg bleybē. Tilemannus hat gesagt: VVilbelmus ist das liebe Kint.
8. Mein grossen fleyß sollen die Krancken, so itz vnder der erden, wider alle meyne Feynde preysen. Ich hab auch oft in eyner wochē so manche Predigt

alleyn gethan, als die anderen alle.

9. In eyner gerechten sachen sol mir mein stoltz  
gemut nimmer genommen werden.

10. O Ackerman o Ackerman

VVs hastu dein gewissen glan,  
Das du nit treulich hast gedacht.

VVer dich gen Heydelberg gebracht.  
Durch mich bistu ḡwislich vocirt:  
Aber mich hastu expellirt.

Pantaleon Pantaleon

Dasselbich hastu auch gethan.

Da zw̄ du giftigs Kesperlein,  
Ein ewig schande sols euch sein.

Quando abiturus, vidi proditores veritatis vi-  
tae meae insidiari, vt effugerem ex illorum ma-  
nibus, illos titulis quibusdam, ex infirmitate,  
percussi, quibus indigni sunt.

Exemplum eis Philippum, ea  
7. nullam Coniunctionem, ut 26.  
exempli. Vnde ea  
(.3.)

**Excusum extra Basileam , per-**  
**Velsium Candidum , 16 Sep-**  
**tembris. Anno 60.**

(. . .)















